

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
2 C
21




RAYMVNDI LVLLI DOCTISSIMI ET CELEBERRIMI

philosophi liber, qui Codicillus, seu vade mecum inscribitur, in quo fontes Alchimicæ artis & reconditioris philosophiæ traduntur, ante hac nunquam impressus.

Bibliotheca S. Fran. Transylvani






COLONIAE

Apud Hæredes Arnoldi Birckmanni,

Anno 1563.

Cum Priuilegio Cæs. Maiest. ad decennium.




CODICILLVS SIVE VADE MECVM, AVT CANTILENA,

Raymundi Lulli.



EVS in uirtute Trinitatis, qua unitas diuinitatis tuæ non læditur nec confunditur in aliquo, incipimus præsens Compendium, quod aliter uade mecum de numero philosophorum, siue clausulam testamenti per modum Codicilli iubemus nominari, ad nostros hæredes uoluntate perpetua iam concessum. In quo quidem Compēdio siue arte, determinauimus perfecta declaratione effectum totius practicę huius artis, & operandi modum, per certa & efficatia instrumenta, quę sunt triū



prīncipalia generū principalia principia in hac arte. Nam cùm artifex, qui per extrema & improbata principia quæ nullo modo depēdent, cùm multum remota sint ab arte, de intrinsecus naturæ effectibus satagat iudicare, nequit de talibus habere probabilē notitiam, maximè cùm ille procedere debeat per æstimationem certā propinquam ueritati, quantum possibile est humanæ rationi, penetrare ad secreta naturæ. Illud autē quod æstimationem artificis regulat ut & appropinquat se ueritati, est regula artis uenerabilis doctrinæ intellectualis. Et quia semper in talibus æstimatur regulatur per artem, ideo artificialiter censetur, quòd demonstrauerūt patentissimè uires huius.

De processu artis & probabilitate illius ex parte materiæ.

Ars

ARs igitur semper procedit de his quæ circa suam naturā certiora sunt, quoniam incerta probari nequeunt, nisi ex his quæ saltē aliquo modo, uel ut plurimum certitudinē habent. Nec ars potest esse nisi incipiatur à suis dictis principiis, quorū aliqua materialia quæ secundum magis & minus depurata existunt, & secundum hoc operi propinquiora uel remotiora, ut te charissime ignorare non credimus. Ideo instante inclito rege, in cuius custodia ac protectione diuina præposita, ne tanta philosophiæ memoria uel cognitio ipsius largiatur, hoc opus operum stricto ligamine commendamus in cōuersionem paganorum in conseruatione salutis fidei, à qua salus fidelium dependet, cui præesse dinoscitur, nō solum quidem corpori sed ut menti

& animæ redundet in commodum sempiternum. Et quia om̃ia mentis opera siue in agẽdo, siue in apprehẽdendo uel iudicando clarius & perfectius, uirtutibus, facultate, & absq; rei comparabilis annexa, secũdum cursum & debitũ naturale ad toti⁹ Christianæ religionis augmẽtum, & animarum salutem, nequeant generaliter integrari, sicut probauimus in quæstionario 26. distinstione huius artis: idcirco hæc consecratione non modicũ altitudo coronæ regiæ sublimatur, cùm per hoc cunctorum matri fideliũ in procreando palam prouideatur ampla seges: ad quod bonũ procreandum ipse quidem Rex quãtum ei possibile fuerit obligatus est nobis non ficte, non coacte ut asseruit, sed proprio spiritu uoluntatis.

De Reuelatione nostræ intentionis.

Nos

NOs igitur intēdimus in præsenti breui colloquio ad honorem cœlestis filii fœlicissimæ & beatæ uirginis Marię matris eius, cuius solum beniuolos ac corde astantes in qualibet utili plenitudine ueritatis attingere uidimus, eo intuitu humilitatis, pro communi utilitate philosophātium, nec minus quoq; de præsenti philosophia cupientium præfici, cōpilare & tractare artem practicandi, per quam supremæ medicinæ medicinarum compositio, eiusq; cōditio ad oculum cunctis intelligentibus demonstraretur.

De forma eius tripartita.

FAcimus autem formā nostri cōpendii tripartitam, de tribus generibus principiorum, cum omnibus regulis huius artis: quibus uelut effectiuis instrumentis propriis,

non ſolum tam dictæ, quinimo etiam cuiuſcunq; traditę compoſitionis medicinarum artis ueritas illuceſcat, & quam promptius directo tramite habeatur. Scribũtur enim om̃ia certa principia nõ ſolùm conſiderationis, ſed ad oculũ huius per modũ textus theorematum principiorum demõſtrabilium, ex quibus doctrinæ filii intellectus, omnimodam conſequi poterit faciliter ueritatem, maximè ſecundum ſecũdaria & cætera principia ſequentia ex prioribus uelut ex primordiis dependentibus ex huius artis principiis demonſtrentur.

De expoſitione theorematum & diſtinctione partium.

CONſequenter autem in myſtico ſermone ſubiungemus expoſitionem & applicationẽ uniuſcuiuſq; principiorum theorematum declarando

rando ad propositum modum & ordinem practicalem, quantum imbecillitas nostræ rationis permiserit, quicquid circa materiam principiorũ theorematum, anteriores nostri sensisse uidentur, circa omnia uerò principia, theoremata tribus distinguentur partibus, priusquam applicantibus misceantur: ut circa modos & titulos per sequentes rubricas indicabitur.

De primi generis principijs naturalibus, & de his que labuntur ex illis.

PRincipia ergo materialia usualiter, materiam illius naturæ, & eãdem sequuntur proprio amoris fœdere, quam ipsamet suis actibus propriis & naturalibus amorosis in metallicam formam conuertit, uel mediam ad ipsam. Et sunt in ordine primo quatuor practicalia principia,

quorum duo ſunt naturalia, & reliqua duo contra naturam. Naturalia ſunt ſulfur & argẽtum uiuum; et ex his duobus amor metallicus gignitur, per quam fit generatio rei petitę, cum propria eorum indiuidua adinuicem naturali fœdere colligantur: hoc eſt, quando uirtus eorum iuuatur ſuper contrariam uirtutem illius qui eſt corruptibilis, ut ſtatim manifeſtabimus. Contra naturam uerò ſunt natura uitrioli & natura ſalis cõmunis, ex qbus amor alterius generis oritur, generationis tamen propinquæ; & ſub ipſis fit corruptio rei petitæ, ſcilicet inquantum deterior eorum natura iuuatur ſuper meliorem naturam ſulphuris & argenti uiui, quod frequẽter accidit uirtute ſuperfluæ luteæ mixtionis uincentis materiam ſulphuris & argenti uiui: uel

uel fit ex defectu præparationis seu ignorantia artificis. Quamobrem ne Regia maiestas in ipsa præparatione prætendere ualeat aliquam causam ignorantię, aut in posterũ nos aliquo modo increpare, eam tanquã fœcũdissimam sicuti promisimus debitis solutis largiemur. Intelligendũ itaq; primo est, quomodo ex iam dictis principiis, formẽtur plura principia alia, & quomodo ab eorũ natura, dicta materialia principia labũtur successiue, & gradualiter operãtur notis & certis operatiõibus, per practicalia principia directa & gubernata, mediãte doctrina intellectuali, quæ per demonstratiua principia regulantur. Vlterius est diligenter notandum quod supradictorum duorum principiorũ naturalium unũ uerius est naturale in tota & per totam sui

sub-

ſubſtantiam, tam intra quam extra, & illud eſt ſulphur purum, calidum & ſiccum inducēs formam ſuam, ſcilicet ſecundum quòd forma metalli ſequitur per purum effectum. Reliquū uerò eſt in naturale, id eſt, intus naturale & extra cōtra naturam. Naturale uerò intrinſecum eſt ſibi propriū, & etiā generale naturale factū, quia per propriam naturam aduenit. Sed extrinſecum ei additur per accidens, & ab iſto eſt naturaliter, poſt eius corruptionem communem, ſeparandum. Propter quòd cōſtat argentum uiuum tale, non eſſe in tota ſui ſubſtantia naturale, in prima ſui receptione: nec erit ad plenum depuratum, niſi per artis depuretur ingenium. Ex his poteſt intelligi an argentum uiuum nūc in tota ſua ſit ſubſtantia, cum uiſcoſa ſua amiſerit,
& in

& in prima ſua natura iam integrè ſit alterata per digeſtionem, & in aliam naturam conuerſam ulterius, ſcilicet ſulphuream congelatiuam per digeſtionem aliam ſibi ſuperuenientem, hoc eſt autem argentum uiuum noſtrum, in ſe recipiens formã ſulphuris uel metalli ſecundum quòd illorum uirtus unius, uirtutem uincit alterius per temperamentum ad inuicem, ut in eis metallorũ natura oſtẽdit, cùm ſit in nobiliori formæ intuenti cuilibet. Nec etiam ſimiliter intelligas ſulphur prædictũ eſſe in tota ſui ſubſtantia creatũ per naturam in ſua propria minera, ſed in parte illius naturæ maioris retentionis & firmæ coagulationis generatum ex noſtri argenti uiui ſubſtantia artificialiter, natura inſtãte. Hoc autem intelligas non ſolùm de principiis materiali-

rialibus ſucceſsiuis, ex quibus immediate componitur elixir uel medicina; ſed etiam de prioribus corrumpendis alterandis, & ad puritatẽ prioris materiæ ſulphuris & argenti uiui deducendis.

De principijs demonſtratiuis, & de his quæ labuntur ex illis, quæ ſecundi ſunt generis.

DEmonſtratiua principia generalia quibus artifex ſignis præcognitis inſignitus, uenerabilem naturam poſtulantem, artificialiter informat, ſunt illa ſigna q̃ magis habitu infixa materialib⁹ principiis ſucceſsiue in decoctionibus emittũtur, ut ſunt quatuor principales colores, ſcilicet nigredo, albedo, citrinatio & rubedo; & ex illis emanant tot colores mixti per accidens, quot in tota natura excogitari poterunt, ſed non rema-

remanent in effectu,nisi tantummodo quatuor supradicti colores essentiales ueluti radices totius magisterii. Quorum primus color scilicet nigredo terminatur in album: deinde album in citrinum terminatur, & citrinum in rubeum, quod est ultimum principium demonstratiuum, & finis perfectionis totius magisterii. Ideo fuerunt ista principia data cum quibusdam aliis particularibus quæ hic dicuntur, & in practica: ut per illorum notitiam administrare sciat cautus artista,id de quo à natura per signa demonstrabilia cognoscet in practica, ut secundum regulam artis traditam,suam sciat gubernare materiam, per practicalia principia quæ sequuntur.

De principijs tertij generis practicabilibus & his quæ labuntur ex illis.

Ter-

TErtii generis principia operatiua in hac arte principalia, ſunt quatuor uirtutes conuertentes: uidelicet ſoluere, abluere, reducere, & figere: quia ex quolibet eorum dependent plura alia principia particularia practicalia, actus ignium reſpicientia & illorum informationes: ut puta naturalis, innaturalis, & contra naturã: ut per ſucceſsiuas operationes oſtendetur breuiter. Declarãdo igitur quodlibet iſtorum, nullo modo recedendo à practica, breuiori & faciliori modo quo poſsibile fuerit, exponemus cum duobus principalibus naturæ motibus ſcilicet corruptionis & generationis, ut promptius & facilius modum effectiuum capere ualeat artis filius per inſtrumẽta prædicta. Intellectis igitur illis principiis, & practica quę ſequitur ex ipſis,

ipſis, ac modo operandi; ad naturam mediorum naturalium, & innaturalium, ac contra naturam recurrat artifex; ut gubernare ſciat ſecundum uires mediorum naturæ conuertentis, ut exercitare ſciat ſuum negotiũ, circa cõfortationem uel debilitationem naturæ eorum.

De corruptione & generatione.

HVius autem magiſterii integritas, duos principales reſpicit motus, quibus corruptio & generatio præſignantur: ſcilicet naturalem & innaturalẽ. Innaturalis motus dependet ex totius materiæ motu, & quamplurimum per euacuationem corporis à ſpiritibus. Naturalis motus eſt ex ~~egritatione~~ excitatione caloris in corpore. Et ideo cùm homo itinerat in æſtate ſumpto cibo poſt prandium, incenditur calor naturalis in corpore,


re,& motus digestionis perfectę non solùm retardatur,sed potius confunditur in corporis corruptionē: quia spiritus resoluuntur , et calor naturalis minuitur: propter quòd homines qui multum itinerant, macres communiter sunt: uelut cholerici & melancholici. Quia istę motus formatur ex primo principio practicali, tamen cum igne innaturali, per alia principia benè informata, ita ut non excedat in quantitate uirtutem caloris naturalis,nisi secundum quid ad corruptionem naturalem. Neq; à tali calore sit diminutus,quia quanta est proportio talis potētiæ ad sic corrumpendum:tanto est calór naturalis uirilior ad generandum seu renouandũ eius indiuidua , cum medica corruptione,ab eorum temperamēto sint lapsa, Quia non expedit natu-
ralem

ralem calorē per nimiam fortitudinē corrūpere in omni ſui parte, uincere uel ſuffocare per excellentiā alicuius ignis: quia tūc nō eſſet in actu reformationis. Quia natura reformatiua ſcilicet calor theſaurizans per calorē corrumpentē ſibi cōtrariā extinctus, tanquā malleo mortis percuſſus, ad intima ſui cordis repercutitur totaliter, unde totius uitæ influentia euacuatur. Alius motus eſt cū calor naturalis non incenditur alieno calore, ſed per ſe, motu proprio, & per accidens motu informationis caloris extrinſeci, ut cū homo dormit poſt cibū ſumptū, ab aliena frigiditate per calorem extrinſecū conſeruatus, efficaciter illum dirigit & ad ſe cōuertit. Et hoc ideo fit. Quia tunc natura limites ſui corporis nō tranſgreditur, in quo ipſa uniuerſaliter eſt diſperſa:

ſed ibi tanquam in proprio thalamo corporis ſe ipſam ſollicitat, ad ſuas perficiēdas actiones. Et tunc nō debilitat̃ corpus per euacuationē ſpirituū, in q̄bus calor naturalis quieſcit: ſed potius cōfortatur per repletionē, attractionē, & trāſmutationē ipſorū, & conſeruationē humidi radicalis in quo influentia caloris naturalis conſeruatur naturaliter, uelut in ſubiecto ſuo ꝓprio naturaliter caleſcēdo. Et iſte motus dupliciter cōfortatur, uno modo per informationem tertii principii practicalis cū omnibus ſuis inſtrumētis: ut quādo lapis creatur, & calor naturalis contra ſuū contrariū augmētatur confortando, ad ſecundarias eius actiones celebrandas. Secūdo confortatur per informationē, quarti & ultimi principii factam cum iuuamine omniū ſignificatorū

ut

ut cũ lapis post eius creationem figitur, & per suũ calorẽ cõfortatũ oĩa in thesaurum trãsmutat. Et quanquã adhuc modus iste sit duplex habẽdo respectũ ad actiones quas medicina uel Elixir per se perficit, attamẽ hoc nõ tangit propositũ operis artificis, nisi solũ in applicatione illius ad humana corpora. Præterea sciendũ est quòd innaturalis motus est in parte corrumpente antiqua indiuidua, quę in terreã substantiam mortuã reducuntur; & in parte est in cõseruatione naturæ scilicet inquantũ perficit, ut res remanens, & indiuidua corrupta perficiens, post eorum ablutionem in naturam fermenti & metalli educens, actione aëris & ignis quæ sunt unguenta & olea philosophorũ ac anima auri. Hoc enim est oleum, naturas incærãs, & coniungẽs, eò di-



ĉta indiuidua in medicinam inducẽs ad corpora tingenda. Et hoc oleum ſpiritus caloris retinet ſemper uſq; ad ſui inſpiſſationem: & tunc induit citrinitatem aut formam metallicam. Cauſa uerò ſuæ inſpiſſationis eſt lapis factus ex indiuiduis reformatis per artem, cuius reformationis finis eſt ipſum oleũ, & mediũ coniungendi. Talis proceſſus eſt ultra imitationem naturæ ſuppletus, ex quo relucet tota ſubſtãtia libri Geberi de perfecto magiſterio: in quo reuelando ſecretũ materiale, inquit. Quod perfectio magiſterii cõſiſtit in conſideratione rerum ſcilicet tam materialium quam operantium, quibus ad medicinam artifex peruenit. Quia ex conſideratione illius dirigitur intellectus, & artifex perducitur ad operis complementum: id eſt ad medicinam

nam ueram & ſubſtantiam lapidis, quæ ex argento uiuo ſumit originem; et ſubſtantia aëris & ignis colores manifeſtat. conſideratio rerum iuuantium, ſine quibus raro peruenitur ad formã lapidis ſupradicti, eſt ut quis cõſideret naturã illarum rerum quas corporibus adhærere uidemus ſine artificio, & imitationẽ facere quę media dicuntur inter illa & illa quæ corpora mundificãt ſine adhęrentia, ut aqua lapidis; ex qbus gratia elicit quę piis in Dño relinquitur amatoribus, cũ ueri ignis uitri adhæret & natura cõmunis recedit per diſſolutionẽ, quando nõ ingreditur ratiõe ſulphuritatis & ſalſedinis, ſubſtantiã argenti uiui in amaritudinẽ cõſtringẽtis & reducẽtis. Et hæc eſt illa ſubſtãtia quæ per indurationẽ argenti uiui noſtri cõuertitur in Elixir perfectũ.

Et in parte in conseruatione naturæ: quia ex toto naturalis motus non cõfunditur, quemadmodum nec expedit, ut dictum est in motu innaturali: quia sic non esset motus innaturalis, sed contra naturam: qui motus ra tione suæ extremitatis excellentis uincit, & ad profundiora rei ingrediens corporalis, calorem obtundit naturalem, & fortificat id de quo intendebatur educi spiritus motu regenerationis. Fac ergo ut naturalis motus debilis non confundatur per acritudinem sui inimici: sed semper ei resistendo & fabricando uirili actione mallei, creet in suis periis corruptis uice post uicem, non in grossum sed in simplum, & per minima medicinã, ita ut natura sua corruptionem non sentiat, nec uioletur: sed reparando indiuidua antiqua secundũ quid corrupta,

rupta, reducat in noua. Hoc autem est quòd diximus, quòd innaturalis motus est intus motū naturalem sub cōseruatione speciei, ut patet per fabricationem motus naturalis mox corruptioni succesſiuam, in eius cōposito, remiſſa eius cōtrarii actione: relicta est etiam uis naturalis, non ut absolutè sit contra naturam, quia tūc esset totaliter in destructionem illius sine conseruatione primæ formæ. Sed est quodammodo præter naturā, scilicet in parte, uel sub terminata forma corruptionis limitata, quamuis improprie: cum potius sit adiuuans naturam quam ei nocēs: ut patet per subtiliationem cum conseruatione speciei indiuiduorū. Et ideo dicimus ipsum esse innaturale, quia de se non naturat, nec tollit aliquid naturę naturatæ, imo potius eam ad-

iuuans mediante exercitatione moderata, secūdum quòd natura in suis requirit reformationibus. Et ex hoc passu reuelatur, qualiter omnia sub globo Lunari composita, quodammodo sunt in quodam motu, & in motu corrumpuntur. Quia omnia naturalia contrarietatem habent qua excellunt quidem non in uirtute sed secundum quid, ad resolutionem indiuiduorum, non usq; ad materiam primam, sed ad illam materiā generi metallico proximā, in qua est maior similitudo agentis naturalis quā in alia prima. Propter quòd si materiam transiret proximam, perderetur maioritas ex similitudine sua, & per consequens, æqualitas & minoritas. Et sic in cursu naturalis magisterii esset uacuum secūdum quid, quod est imposibile. Sunt etiam quædam

in

in toto contraria, & tamen excellunt in uirtute: ut illa quæ ſunt contra naturam, quæ continue agunt in corpora & patiuntur. Si hæc intelligis cognoſcere poteris cauſam abbreuiationis continue: quia uita illorum & duratio abbreuiatur, eò quod continuè tendunt ad corruptionem & regenerationem. Igitur addiſcas reſolutionem illam exquiſitam uſq; ad illam materiam in qua ſimilitudines ignis ſunt multiplicatæ & aliorum elementorum ac agentium naturalium & patientium, ſecundum quod curſus exigit naturalis. Quia ſi generationem & corruptionem in communi theorica benè intellexeris, ad eandem illam ſolutionem de facili peruenire poteris.

Quomodo diſcurrendo per principia, artifex ſe debet dirigere in practica.

Dici-

DIcimus tibi fili charissime quòd ultra sensum præstare te oportet oculos mentis pro canone directiuo seu regula, ad omnia intelligibilia principia supradicta, & hoc secundum ordinem sequentia doctrinæ intellectuales, & memoria recolenti, uoluntate diligenti & intellectu inuigilare oportet, si completũ huius operis finem uolueris adipisci, quatenus tamẽ respectũ habueris ad signa, & naturas mediorum & extremorũ. Quia media in extremis conuertuntur, & media in extremis gradatim resoluuntur: quod fieri nõ poterit si extrema per ingenium & naturam non traherentur à mediis de potentia in actum, cùm non sit trãsitus de extremo ad extremũ nisi per media. Et hoc etiam naturaliter proprium est omnium imperfectorum me-

metallorum, quæ in ſpecie uidentur incompleta: propter quòd omnia illa imperfecta metalla in quolibet ſunt conuertibilia: quia omne mediũ in ſe habet naturam informem: formata tamen & diſtincta retinentur per ſua propria extrema, quæ latius declarauimus in ſcientia de ſenſibilibus, ubi oſtenditur qualiter extrema ſunt in mediis ſecundum formas confuſas. Igitur extrema de mediis poſſunt educi, ſecundum quòd uirtus naturæ unius extremi in illis mediis ſuper uirtutem alterius iuuatur. In omni naturali ſcientia plura exeunt media, & illorum notitia in omnibus tranſmutationibus eſt neceſſaria, & hoc per exquiſitam potẽtiam naturæ illorum, ſiue materialia, ſiue operatiua fuerint, ſiue ſigna demonſtrabilia, reſpiciendo ad natu-

ram

ram generis à quo quodlibet eorum immediate uel absolutè dependet secundum suum actum extremum.

De materialibus.

SVlphur & argentum uiuum extrema sunt omnium metallorũ: ergo metalla inter ea erunt media. Metalla differunt ab argento uiuo in compositione, illo modo quo ipsum argentum uiuum per puritatem & impuritatem differt à sulphure inmũdo terreo sibi extraneo. Propter quòd depurata magis aliis, reperiuntur duo, scilicet Aurum & Argentũ: sine quibus ars ista non poterit integrari, cùm in illis sit purissima sulphuris substantia, ingenio naturæ perfecte depurata, ad cuius depurationem debilior est ars quam natura: nec eam consequi ualet licet multum in ea laboret. In arte igitur dicitur.

citur. Pater eius est Sol, Mater eius est Luna: quia ex illis duobus corporibus cum suo sulphure uel arsenico præparatis, nostra elici medicina poterit, & sine illis haberi nequit. Vocantur autem media, quia ex primis puris extremis sunt composita naturaliter, scilicet ex sulphure & argento uiuo: nec sunt sulphur, nec argentum uiuum, sed media inter illa, cum argentum uiuum sua proprietate & uapore sui depurati sulphuris in metallum congeletur perfectum: Et secundum quod magis tenent de natura argenti uiui, maioris sunt perfectionis ut aurum & argentum: & secundum quod minus tenent de natura argenti uiui, & magis de natura sulphuris, maioris sunt corruptionis: ut cætera metalla imperfecta: et maxime marcasita,

ta, magnesia, & tulhia: et ultra hæc maioris corruptionis sunt sales, alumina, atramenta, & cætera quæ media dicuntur inter lapidem & metallum. Dicimus autem quòd extrema secundum quòd sunt de mediis suis propinquis, educuntur asiduè ex uirtutibus illorum propriis efficaciter, & secundum rationem naturæ sequentis retineri censentur, ad eorum actum propinquum. Præterea assumere debes fili succesiue, principia alterata & miscibilia alteranda magis apta, ratione propinquitatis naturæ quæ est in eis propinquior & perfectior. Verbi gratia, H. est principium de G. ad assequendũ M. mediante G. et G est principiũ de M. ad assequendum R. per M. Et M. est principiũ de R. ut per ipsum attingere poterit Y. gradatim, & in suam

ſuam naturam conuerti. Et ſic pa-
ret, qualiter natura extremorum eſt
cognoſcibilis per naturam ſuorum
mediorum. Et ecōuerſo quia G. na-
turam tenet medii coniunctionis de
B. & M, & M. retinet medium con-
unctionis naturæ, per quam G. uer-
titur in R, & R ſit natura affinis me-
dii, per quod natura de M. conuerti-
tur in naturam de Y. Et per B. intel-
ligere debes principia materialia ſci-
licet aurum & argentum, ac naturam
nitri & Salis cum Mercurio. Per G.
intelligere debes principia materia-
lia ſecunda, ſcilicet elemēta, terram,
aquam, aërem & ignem, quæ ſucceſsi-
uis & gradatis operationibus fluxa
ſunt et elicita ex iam dictis principiis
materialibus primis. Et per M. intel-
ligere debes principia materialia ter-
tia, quæ ſunt ſulphur et argentum ui-

C uum

uum purũ,& fermẽta philoſophorũ, ſucceſsiue creata & elicita per magiſteriũ,ex iam dictis principiis immediate. Per R. intelligas medicinã uel Elixir cõpletũ, aut argentũ uiuũ fluens,penetrãs,tingens & permanẽs,à terra ſublimatum,ſecũdum gradũ,& cõpoſitũ ex M. immediate, & materia præiacenti, puta ex tertiis principiis ſupradictis. Per Y. debes intelligere multiplicationes quæ tertii gradus ſublimationis ſunt, & ex ſucceſſiuis operationibus ex medicina iam dicta. Vlterius & exquiſitè & prouidè cognoſcendum eſt genus mediorum & extremorum, quæ ſunt inter ſupradicta principia, quemadmodũ euidentiſsimè ex literis alphabeticis percipi poteſt, quibus operationes ſuccinctè & gradualiter decurrunt & labunt. Et principalis eſt gradus ſublimi-

imationis, q̃ ſunt C.D.E.F. quæ de-
ſcendũt de B, ut portare ipſum pote-
rũt ad G. Secunda media de G. deſcẽ-
dentia ſunt H.I.k.L. q̃ portant ipſum
G. in naturã M. Tertia uerò media,
ſunt illa quæ ſucceſsiuè & immediate
deſcendunt de M. & deducũt M. in R.
uidelicet N. O. P. q. Quarta media
ſunt S.T.V.X. Et iſta immediatè per
ſucceſsionem legittimã, deſcendunt
de R. ut ipſum eorũ beneficiis ſubli-
mare poſsint & deportare in Y. & ad
ultimã perfectionẽ deducere. Et hæc
tota alphabetica circulariter eſt cõ-
pleta, Veruntamẽ ſunt adhuc aliqua
media, circa illa intelligibilia ad ſen-
ſum, ut in practica gradatim perci-
pere potes per operatiões. Et per ta-
lem ſcalã poteſt intellect⁹ humanus
gradualiter aſcendere & deſcendere,
ad oẽs alias ſcientias ſenſibiles & in-
 telle-

tellectuales, mediante imaginatiua, ut Dei & creaturarum eius noticiam habeat per instrumēta prædicta, presertim cùm naturales uires discernere poterit euidenter per philosophicas rationes, an scilicet B. sit remotius aliis à perfectione ultima, quamuis cæterorū existat principale principium. Et ut Christus Iesus de stirpe Dauidica pro liberatione & dissolutione generis humani peccato captiuat ex transgressi[illegible]e Adæ, naturam assumpsit humanam: Sic etiam in arte nostra quòd per unum nequiter maculatur, per aliud granū à turpitudine illa absoluitur, lauatur, & resoluitur. Et quæ inter duo contraria colloctãur, per id quod magis recedunt ab uno, magis appropinquãt ad aliud: ut si elongati fuerint ab imperfectione, appropinquant ad perfectio-

fectionem; & quo magis appropinquat fini perfectionis perfectius est; & quo minus fini perfectiōis appropinquat, imperfecti⁹ est. Ex hoc clarè patet quod M. nequit immediate generari de B. nisi primo ipsum B. transeat in G. nec transire potest in G. nisi per om̄ia sua media, quæ sunt C. D. E. F. primo discurrat. Similiter nec G. transire potest in M. nisi per sua media, scilicet, H. I. k. L. primo trāsierit. Nec de M. generari potest R. nisi primo transeat per N. O. P. Q. quæ sua sunt media. Nec R. reduci potest in Y. nisi primo reducatur in S. deinde in T. post in V. & demum in naturam X. Post talem graduationē cadit, pręcipitatur & proiicitur in Y. Et sic natura de S. proximus respicit naturam de M. per sua media successiua, quam naturam R.

& M. propinquus respicit ad naturam de R. quam naturā de Y. gradatim discurrendo per sua media. Non igitur putes per artē certam immediata de B. medicinam componere, nisi prius discurrat in G. & de ipso transeat in M. quousq; purissima per naturale magisterium nostrū fuerit generata. Et cùm iste sit uerus cursus naturæ, & ars imitari satagit naturā, taliter quēadmodū præscribitur est prosequendū. Quia natura quæ cōplere potest per aptitudinem materiæ suæ, nunquā ab extremo decurrit ad extremū, nisi pri⁹ successiuis operationibus trāseat omne mediū. Mediorū igitur natura cōsiderāda est ab artifice, antequā aliquod magnū attētare præsumat, & diligēter curet nihil de suis mediis omittere, siue sint materialia, siue practicalia, siue demon-

nonſtratiua; donec ipſa natura reluxerit gradatim ſua media, ad primum ſuum eſſe, id eſt ſulphur & argentũ uiuum, quæ ſunt propria ſpermatæ metallorum, & eis magis propinqua: cum quibus facias ſpecioſas llas tranſmutationes, per quæ om̃ia mperfecta perficiuntur.

De natura ignium, & quomodo artificialiter ſe regulari habeant.

EX prædictis colligitur duo fore quorum qualitatibus expreſsè lebet artifex ignem innaturalem ſapienter diſponere, & eius uires certis & notis operationibus regulare: quæ unt ignis naturalis & cõtra naturã. nnaturalis uerò inter utrũq; eſt medium. Qui formã huius exemplaris eu regulę ſuę menti præſcripſerit, & pſam diligenter ſeruauerit infallibiiter cognoſcet illorum qualitates.

Cōsideret ergo artifex naturales uires & fortitudines lapidum philosophorum, quæ uires sunt ignis naturalis, innaturalis & contra naturam, quæ & quales sint in toto cursu naturæ, & quis cuiuslibet fuerit amicus uel inimicus, ut demonstratiua & infallibili arte per certificationem naturæ eorum, materiam eius prudenter noscat disponere, à qua cætera materialia principia effluunt, cum corruptione naturali & debilitatione tali, ut extremitas naturalis caloris non pereat in aliquo, sed ipsam per modum reductionis ad suam na turam integram pro confortatione ipsius prudenter in propria multiplicatione suam substantiam sublimare, & etiam sursum ascēdere, ita ut nihil sit quòd uirtutem naturalium attrahat affectiuis, conseruato tamen præ-

æuilegio naturæ, id est, caliditate
turali in corruptione suæ substan-
æ, quam amor in ipsum spirans &
nnia uiuificans scilicet humidum
xistens ut spirituale sibi generat:or-
nabit artifex ipsum uiribus amo-
s attrahere, præcipue cum per defe-
um illius & per corruptionē ab eo
ierit elongatus. Hunc autem modū
ductionis exprimit ars clarissimæ
regimine tertii principii practica-
s, ut sui amoris exuberantia, cunctis
atefacta sit experientibus. Dicimus
lterius duo sunt quibus artifex sapi-
nter cognoscere potest, quātum ca-
or innaturalis est differēs uel indif-
erens à calore naturali & contra na-
uram, in qualibet parte totius magi-
terii. Quorum primum est mēsura
ōtrarietatis ipsius ad naturalem, uel
onformitas eius ad cōtra naturam,
 quod

quod idem est: aut mensura elonga-
tionis ipsius ab illo qui est naturalis,
& approximationis ad illũ q est con-
tra naturã. Mensura ignis innatura-
lis docebit te fili charissime huius-
modi certitudinis semitã ueritatis.
Quia quòd inter duo collocat̃ cõtra-
ria, per illud idẽ quo magis recedit ab
uno, appropinquat magis ad aliud,
& ecõtra. Et ideo siue cõsideres inna-
turale mediũ ut elongatũ à calore na
turali, siue ut approximatũ ad ignem
cõtra naturã, cũ hoc fiat per debilita-
tionẽ unius & cõfortationẽ alterius,
iã transcendit ignis innaturalis super
naturalem per confortationẽ illius &
conformitatẽ ustiui q est cõtra natu-
rã. Similiter si consideret̃ ipsum me-
diũ innaturale, ut appropinquãs sit
per confortationẽ ipsius, ad ignẽ na-
turalẽ, & elongatus sit ab igne cõtra
natu-

turã, potentia adurens per ſui de-
litationẽ iam deuincitur, q̃ eſt con-
a naturam in medio innaturali, per
tractionẽ ſui ad naturã & cõformi-
tẽ caloris nõ urentis: propter quod
ppropinquationẽ & elongationẽ il-
us medii, ſiue ad naturalẽ ſiue ad cõ-
a naturam, ſemper eiſdẽ ſignis mẽ-
rare teneris: quia illis operatiõibus
uibus dictũ innaturalẽ mediũ rece-
it à natura unius, cõfeſtim accedere
ncipit ad naturã alterius, dũ tamẽ na
ura medii innaturalis & eius opera-
iones ſcilicet cõfortatio & debilita-
io ſint extra latitudinẽ duorũ exſtre-
norũ antedictorũ. Audiat ergo le-
ctor huius philoſophiæ, & naturam
confortationis & debilitationis co-
gnoſcat, non tantùm quid ſint, ſed
quot modis ualeãt exerceri: & quæ &
qualis fuerit illa uirt⁹, quę potius eſt
con-

confortanda quàm debilitanda, & in quo latere ac qua operatione altior habetur noticia de eadem. Nos autē prouidētes tibi in hoc, dicimus quòd calor naturalis eſt illa uirtus quæ cō=fortanda eſt potius quàm debilitanda, & hoc in propria argenti uiui ſub=ſtantia, in quo calor innaturalis diſ=cernitur. Quid autem ſit confortatio noſcit ignarus ſatis, & per conſequēs omnes ſophiſtæ decernere queunt: ut patet in eorum proiectionibus ſo-phiſticationum, quæ non ualent ex=quiſitā operationem perficere. Quia in hoc tanquam in generalibus pru=dens cognitor & ignarus ſophiſta ſa=tis communicant, præcipue cum co=gnoſcere poterit uterq;, quòd lapis aut eius uirtus tunc confortari dica=tur, cùm natura ualet eius operatio=nem perficere: aut cùm debilitarur,

oppo-

positum. Quia cõmunis est ani-
conceptus, quòd lapis uel eius na-
ra cõfortari uel debilitari dicitur,
pectu operationis exercendæ per
um. Et in hoc passu decipiuntur
qui principia ignorãt demonstra-
a, quibus effectus operationis eius
ɔmptitudinaliter agnoscitur. Vn-
cùm in hac exercenda deficit uel
ɔficit, solo sensu percipi potest tã
ulgari quàm ab ignorante sophi-
. Et ideo clarè liquet nihil aliud
re necessarium in cognitiõe huius,
àm discretione uel prudentia ra-
nis. Audiat ergò cæcus sophista,
i tantum dicit lapidem pati debi-
atem exquisitæ uirtutis, quando
erationem eius non perficit rectè,
c se ostendit plus noscere de ipsius
positione ad potentiam suam au-
ndam quàm merũ uulgus, in cuius
ore

ore ſatis multiplicatur hoc dictum, & communiter ſonat, quod diminutum eſt aut perfectum. Ex quo patet quod ipſum non denotatur altiorem habere notitiam de lapidis compoſitione, quàm ſi diceretur non faciat quòd quæritur.

Quibus & quantis modis confortari & debilitari poterit lapis, & de ſubſtantia uirtutis.

DIcemus quot modis uirtus lapidis confortari poterit, & quibus debilitari. Quia quot modis dicitur oppoſitorum unum, tot modis dicitur & reliquum, ſicuti notabiliter cognoſcitur per ſcientiam mediorum & extremorum. Debilitatur uirtus lapidis in genere duobus modis. Primus eſt, quando ſubſtantia argenti uiui uirtututem ferentis habens in corpore, ab eodem per debilita-

litatem minuitur, ſcilicet ſubiectum caloris naturalis. Quia ſubſtantia hæc, cui uirtus caloris ineſt, argentum uiuum à philoſopho dicitur, & uocatur eſſentia corporis uel argenti uiui: quia per ipſum lapis habet eſſe in actu, & ſine ipſo non. Duo ergo habet ſubiecta lapis, ſcilicet corporis & ſpiritus. Quia ſubiectum corporis, ſubiectum naturæ dicitur: & ſubiectum ſpiritus, fluctis ſubiectum dicitur. Cùm igitur corporis ſubſtantia uel ſpiritus minuitur, neceſſe eſt uirtutem debilitari: nam cuncta minuētia, ſunt quæ debilitatem inducunt. Et quia ad utilitatem mediocris ignis innaturalis et artificialis uel communis ignis, quandoque cum humiditate & frequenti exercitio, & quandoque cum ſiccitate nō immoderata debilitari dicuntur:
uſq;

usq; ad totius rei corruptionem, quæ immoderatæ sunt siccitatis & excellentis calidatis extremorũ. Et similiter cætera alia uniuersaliter quæ superflue igniunt corpora. Ex quibus patere potest cuilibet intuenti, quòd per oppositum ea confortant, quæ non solum augent sulphuris substãtiam, sed etiam spirituum, siue per se, ut alimentum quod corpus sumit ab argento uiuo per uirtutem elementatiuam transsubstantiari ualeat in corpus nouum: siue per accidens, ut exercitia supradicta moderata. Fili moderati usus rerum, suo modo cõfortant uirtutem in omnibus rebus mundi, & illam multiplicant, ut in lapide nostro, qui secreta naturalia dirigit, ut oculis propriis uidimus & manibus tetigimus, & certis approbauimus experimentis. Hæc omnia

prædicta intelligas de rebus quæ ſeparant uel approximant ad generãdum, uel ad calorem naturalem augmentandum per confortationem, uel ad temperamentum Elixiris per naturam fixionis. Secũdo modo debilitatur uirtus, quando ſubiectum eius alterať in qualitatibus, tranſeundo de naturali qualitate in innaturalem. Propter quòd iſte ſecũdus modus accidit ſuper corporibus lapſis à uerò temperamento reperitur etiam primus in naturalirer temperatis, uelut in auro: uel in temperatis artificialiter, ut in Elixiri perfecto. Virtus igitur corporis ſecundo modo debilitatur, quando ſpiritus uel corpus deſcendunt à naturali diſpoſitione ipſorũ. Per quod apparet quòd iſte ſecundus modus poteſt eſſe multiplex. Quia quot modis poteſt cor-

pus uel spiritus naturaliter alterari, tot modis debilitatur uirtus lapidis. Cuius ratio est, quia uirtus nō uiget nisi per substantiam horum duorū sufficiēter & naturaliter dispositam; & ideo debilitabit uirtutem per oppositum, quicquid disponet innaturaliter, & quicquid ad dispositionem naturalē reducit, confortabit eandē. Constat aūt quod corpus, sulphur aut medicina, innaturaliter disponi posśint per malitiam complexionis, cōpositiōis & solutionis cōtinuitatis. Et ideo in Mercurio crudo confortabitur uirtus per calefaciēs, digerens, excóquēs materias crudas & reincrudatas per frigiditatē. Propter quòd terra metallica, aut argētum uiuum, uel sulphur, quæ debilitatē digestionis patitur, per defectum caloris naturalis, confortatur à siccitate: et ipsum

ſum cōfortant magis res humidæ ad naturam illorum approximatæ. Et amara et pōtica debilitant:quia groſſa et terreſtria ſicca et cōtra naturam calidiſsima,ſunt in terra: in cuius cōtentiua caloris naturalis uel ſpiritus debilitatur,propter innaturalem caliditatem. Aqua Mercurii illam confortat et ipſum retinet. Cætera uerò calida in primo reductionis gradū debilitant amplius. Nec minus ſumpta in ſecūdo gradu adhuc debilitāt, niſi prius per ſecundam reductionē prçparatiōis ſublime aqua dicti Mercurii confortetur primo. Si uerò per leuitatem innaturalem, inſciēter debilitas uirtutis orta eſt in terra uel lapide: habitua te ipſum ad cognitionē erroris,ipſum corrigendo exaſperatiuis et abſterſiuis,puta aqua Mercurii. Quod uerò debilitatur propter
 exten-

extensas exasperationes recedit ad amaritudinem, & confortando dulcescit cum ultimis confortatiuis, ut oleo lampadis & igne. Spiritus uerò tot modis alterari possunt, quot sunt qualitates quæ ad temperamentũ siue ad perfectionem eorum requirũtur. Harum qualitatum quædã sunt tangibiles, ut sunt omnes qualitates complexionales; quædam sunt uisibiles qualitates, ut limositas uel claritas. Quędam complexiones carnis, ut grossities & subtilitas; et quædam olfactiuæ, ut aromaticitas, fœtiditas, et insipidorum inolfactibilitas. Spiritus uerò metallici naturaliter disponuntur odoribus prædictis, licet eorum suauitas sapida cum subtilitate uehementer confortet. Possunt tamen spiritus egredi temperamentũ qualitatum in quolibet corpore; et in-

inquantum ex parte ſpirituum debilitatur uirtus corporis, per oppoſita reſtitui ei poteſt temperamentum, & uirtus confortabitur. Pari modo debilitāt cuncta illa quæ obſcurant, per ingroſſationem rerum elementatarū. Præcipimus igitur tibi benè rectificare elementa antequam coniungātur, ut in eorum terminatione colorem fuſcum obtineāt, ſed illum potius qui eſt extremitas corporis terminati calore naturali, proprium habentis fulgorem, tanquam incorporatum colori, cùm condenſatur in corpus. Cauſa autem quare perſpicue nitet & fulget, eſt quia dēſitas eis nata eſt in ſubtiliatione retinet quòd pronitatis eius eſt in præparatiōe recipere, ſicuti potentia proprium actū recipit. Vnde talis nitor & fulgor ſemper cōſtat ex aquis ſubtiliter termina-

minatis et condensatis in metallis. Et quāto plus argētum uiuum aqueum in metallis subtilius fuerit, purius et densius, tanto plus illud erit nitidius, fulgentius et splendidius: quemadmodum natura cuiuslibet in auro, quod generauit, demonstrare non cessat. Ex quo patet quod illa quæ illuminant confortant & subtiliant calorem innaturalem, grossitiem ipsam corrigunt. Similiter quoque ex parte spirituū debilitant, quecunq; sic eos inficiunt ut auferāt puritatem et suauitatem sulphuris et fragrantiæ ipsius: quia per illam puritatem in qua suauitas fragrantiæ lapidis naturaliter funditur, debilissimum corporis existit: et ideo uirtutem confortat quicquid puritatem eis restituit, nō solum per ablutionē, sed etiā per admixtionem uaporū et

fer-

fermentorum aquæ et aëris Mercurialis non fixorum, et puritatis substantiæ cuiusq; informatoris, conformem puritatem habentis puritati eorum, ut aurum et argentum, quæ sunt illuminantia spiritus, proprio splendore, aut purificantia puritate propria, ut est aqua Mercurii. Ex præmissis patet quòd qui corruptionem uel debilitatem uirtutis ignorat, similiter ipsius multiplicationem quæ fit per confortationem necessario penitus ignorabit, non solum in lapide, sed in humanis corporibus. ô Medice si habes memoriam ad recolendum, & intellectum ad intelligēdū, uolūtatem ad diligendū, aures ad audiendum, oculos ad uidendū, os ad loquendū, aut legendū, applica sensus tuos, ut recoles, intelligas, diligas, audias, uideas, perlegas & retineas.

Quia cũ hæc ars de uero sit gradiua=li,& inuestiganda ex secretis naturæ, sine quibus instrumentalis directio integrari non ualet totius medicinæ fundamẽtaliter, artem illam sub cer=tis suis principiis plenariè compre-hendetis. Dilectus à Deo est cui hoc donum artis largitur per gratiam, & intelligentiam ipsam reducere sciẽ=ti ad medicinam quotidianam & ne=cessariam. Quia huius scientiæ prin=cipia generalia sunt, & reducibilia si-militudine & effigie ad principia me=dicinæ respectu corporum humano=rum pasibiliũ, quibus applicari de-bet medicina. Sed hæc pauci obser=uant & intelligunt, cùm artis princi-pia ignorent supradicta. Causa igi=tur tenacis cupiditatis & lucri, absque dictis principiis, ad magisterium hu=ius artis nituntur introire: & propter

falla=

fallaciam suæ operationis, fallacem credunt esse scientiam,& contemptibilem dicunt eandem. Hanc igitur theoricam intellige,& secundum illam operarii incipias: quia cum illa errores tuos corriges cùm fueris in opere,quos sine illa corrigere nō potes. Non distet à te testamentū, quia cauernas huius theoricæ apperit & reuelat cum certis suis notis operationibus. Cor igitur habeas ad practicam illius.

De diuisione huius magisterij.

MAgisterium hoc in quatuor diuiditur partes, secūdum quod sunt quatuor principia practicalia. Prima pars ostendit modum gracilіandi grossum per liquefactionē elemētationis, dissolutionem & lapidis separationem in quatuor elementa. Secunda pars ostendit modum alle-

uiaudi ponderosum per distillatio-
nes, calcinationes, condensationes,
inhumationes, congelationes, solu-
tiones & animationes, quæ sunt ele-
mentorũ præparationes. Tertia pars
ostendit modum uiuificandi à spiri-
tu,& lapidis nutrimẽtum, per imbi-
bitiones,decoctiones,assationes, in-
humationes ac lapidis sublimatiões.
Quarta pars ostendit modum dulci-
ficandi amarum,& maturandi crudũ,
per reductiones, impprægnationes,
inhumationes, fomentationes, ani-
mationes,fixationes,& incærationes.
Si igit̃ grossum gracile facis per disso-
lutionem, & ponderosum leue facis
per leuigationem siue rarefactionẽ,
& asperum lene per reductionẽ,ama-
rum uerò dulce facis per maturatio-
nem,post hæc & uolatilium fixatio-
nem, cõpletum habebis magisteriũ.
Nar-

Narratio per conclusionem principiorum.

CVm igitur constet quemadmodum supradictũ est, artẽ esse inchoandã à certis suis & determinatis principiis, est ad illa propterea recurrendum, tanquã plenitudinis practicæ effectiua. Sed q̃a practicalia principia secũdi generis & regiminis perfici nõ ualent, sicuti nec mediũ absq; suis extremis q̃bus ipsum integrari oportet, mystico igitur & aperto sermone ex illis declarãdo, refert philosophus, alterũ ab altero nullo modo differre à practica artificiali & ꝓcessu, qui breuiter successiuè formabunt: & primo de practicali principio siue regimine primo, q̃ est dissolutio, est dicẽdũ cũ suis quatuor principiis primis materialibus, & de eius principio demonstratiuo, q̃ est nigredo, sine q̃ artificiũ feliciter inchoari nõ poterit.

De

De primo practicali principio, & quomodo per primam sublimationem depuratur Mercurius cum Sale communi præparato & uitriolo: & in hac aqua infunde Mercurium &c.

DEpuratio Mercurii per primam sublimationē, est ut sumas partem unam de D. & dimidiam partem C. & distilla aquam per illum modū quē natura requirit, ut explicauimus in nostro Testamento, in capitulo ꝙ incipit Tu in in uirtute de A. &c. Et infunde in tali aqua Mercuriū testamētarium. Deinde separa aquam per sublimationem. Postea sublima ipsum, donec sit albissim⁹ ut cristallum. Speramus autem in Domino nostro Iesu Christo quòd adhuc sublimabit ad maiora, per sublimes gradus præparationum, cum additione rei tingentis ipsum, & eius anima exaltabitur in gloria.

De

De conuersatione elementorum & de prima coniunctione spiritus cum corpore.

CVm tribus ergo unciis talis Mercurii, mitte tantundem purissimi Solis in aqua sua liquefacti, & super infunde duas libras aut tres, quod melius est, prædictę aquę Mercurii, à qua Mercurius ipse separatus fuit & rectificatus; et mox cooperi os cucurbitæ cum suo cooperatorio uitreo, sine alia obstructione, donec motus eius cessauerit. De hinc obstrue iuncturam cum cæra communi calefacta, & stet tribus diebus et noctibus in balneo tepido. Deinde separa aquam per distillationem in dicto balneo, cũ igne æqualiter continuato de serratura. Cùm autem distillare cessauerit, tunc in fundo uidebis corpus nigrum fusum, ad modum picis nigræ fusæ, uel olei subnigri.

nigri. Si uerò corpus quod cū Mercurio coniunctum est, fuerit Lunare ad albū, nondum erit nigrū, donec tota terra Solis cum terra Lunæ fuerit cōiuncta: quinimo in eius principio est ad modū salis albi cū uiscositate sua, quæ est ad modū olei subnigri: cuius humiditas per aquā separari nequiuit, rationibus in nostro Testamento expressis, in capitulo de animatione elementorum, & alibi de rarefactione eorūdem. Separa ergo humorem illum per ignem siccum, collocando uas super cineres, & humiditatē illā recipiendo ad partem, quæ aër est, cū animatus sit maioris caloris quàm aqua. Vide fili quid facias in hoc passu, & caue ne materia nimio calore rubeat in principio, & comburantur tincturæ: quia nunquam poterunt separari tincturæ in commodum artifi-

tifi-

tificis, nisi per aquam & ignem paulatiuè, ita ut semper ignis tincturæ occultetur in uentre aquæ, ne oculis uideatur. Si uerò ulterius corpus calcinaueris sine humore rubificabitur, et proprietas sulphuris aduretur: cùm non habeat retinaculum quod ipsum in uentre suo deportet, & à combustione defendat. Defende igitur ipsum à combustione, imponendo cum eo de humore suo, antequam ueniat rubedo, & appropria ei ignem de serratura, extrahēdo humidum, paulatim & paulatim desiccando materiam: quia sic ipsa patitur & corpus corrumpitur: & considera qualiter materia semper mutabitur de colore in colorem, scilicet in uiriditatem, quod est unum ex peregrinis signis depēdentibus à primo principio ad albū.

In

In rubeo uerò nigredo apparebit post citrinitatem. Quia cùm corpus euacuatur à ſuis humidis principiis, ita patitur et de colore in colorem tranſmutetur. Defende ergo ipſum ſemper à combuſtione, ne calor naturalis ſuffocetur in aliquo, et proprietas aduretur Mercurii: uidelicet ut quantum diſſolutio tollerare poterit, tantum aſſando decoquatur, & non plus: quia ſtatim rubificaretur, Et quantum corpus aſſando defecerit in humiditate, in tantum imbibēdo erit diſſoluendum. Hoc enim facit natura, deperdita recuperare cupiens, ſicuti expreſsè id notauimus in theorica noſtri teſtamenti, & ad plenum per modum practicæ demonſtrabimus inferius. Cùm ergo uideris corpus ſiccum, ſi ad album ſub colore uiridi, ſi ad rubeum ſub colore

nigro,

nigro, subtrahe ignem, & permitte infrigidari: quo infrigidato infunde aquam super terram siccam, & statim pone in balneo ad distillãdum, aquã per ignem æqualiter bene continuatum recipiendo. Qua aqua distillata uidebis in fundo quòd corpus patiebatur per calcinationem in sua rarefactione, & aquã attractam in aërem. Separa illud iterum per similes modos euacuando & rarefaciendo corpus à spiritu cum calcinatione iam dicta modo philosophico, & semper aërem cum aëre pone ad partem in phiola uitrea benè sigillata.

De documento reiterationis.

FIli has omnes reiterationes uice post uicem tribus uicibus iterabis uel quatuor, si uolueris, ut aqua per tales operationes elementetur, & de propria substantia corporis dif-

ſundatur in ipſam, et corpus per minima corrũpatur, et in aqua proprietas eius augmentetur, ut poſt in naturam ſui per attractionem conuertatur. Reitera igitur prædictas contriones naturales, imbibitiões et decoctiones, et eris in linea ſecreta diſſolutionis.

De unione & elementatione ſecunda, & primo de diſtinctione literarum Alphabeticarum.

AD hãc diſtinctionem literarũ referre uolum⁹, quod V. ſignificat calorem furni ſecreti, et oẽs ſuas proprietates: quæ ſunt attenuatio, animatio, inſpiratio, ſimplex uiuificatio, inhumatio, ſpiritus et corporis coniunctio ſine diuiſione. Et per X. ſignificare uolumus ignem ſiccum cinerum, tam de ſerratura quàm de carbonibus, et cæteras ſuas proprie-

tates:

tatrs: quæ ſunt mortificatio, calcina-
tio, rarefactio, refectio ſpiritus, et ſe-
paratio. Per Y. ſignificare uolumus
calorem balnei, et omnes ſuas pro-
prietates: quæ ſunt elementatio, ra-
refactio, uiuificatio, ablutio, diſtil-
latio, animaſio, et ſpiritus ſeparatio.
Per Z. nullam aliam oprationem in-
telligere uolumus, niſi liquoris ſepa-
rationem, et totius corporis liquefa-
cti ſubſtantiam. Harum literarum
ſignificationes cũ omnibus ſuis pro-
prietatibus corde tenus te ſcire opor-
tet; quia aliter bene ſecundum cur-
ſum naturæ operari & practicare non
poteris, nec proprietates illius ope-
rationis diſponere bene ſcies, niſi
per potentiam literarum illarum co-
gnitam, ac earundẽ ſignificationem
quam deſignant. Cognoſcere igi-
tur oportet artificem firmiter hanc

potentiā, secundum exigentiam naturæ; ut illa præcognita uires eius ad illius perfectionem in qualibet sua operatione prudēter noscat dirigere.

De rarefactione & eius subtiliatione.

RArefactio huius aquæ fit per binam distillationem in balneo per se & sine corpore. Distilla ergo eam bis cum igne lentissimo benè continuato, feces uerò quas facies in qualibet distillatione collige & pone cum terra supra calcinata.

De Condensatione spiritus & rarefactione corporis.

CVm opus inceptum continuare uolueris, & operationes supradictas iam cōpleueris, sume corpus in illa decoctione ultima superius facta, quam assationē appellamus philosophicam. Et infunde ibi quartam partē aquæ primæ rarefactæ, ut præmitti-

mittitur: & cum coopertorio claude & cæra, & pone ad digerendum in V. per tres dies. Dehinc caute ſepara quod lique factum eſt in aqua per Z. in alia cucurbita benè munda, in illa ſcilicet in qua exiſtit rarefacta: & illã ſimiliter cum ſuo coopertorio proprio claude, et cæra obtura, & illud ſerua in digeſtione de V.

De euacuatione corporis per ſpirituum extractionem.

POſtea ſume corpus quod ſuperius remanſit, & primo ſepara per Y. quod eſt aquæ, frigidius in natura, ne ipſa natura calida aërea confundatur quæ per expulſionem extrahitur fortiorem.

De diſtillatione & aëris animatione ac corporis mortificatione.

CVm uerò illius ceſſauerit diſtillatio, pone ipſum ad X. ut &

quod de eo in natura aëris distillauerit, hoc recolligas, & cum alio aëre ad partem reponas; & caue ne ignis corpus igniat, de principiis demonstratiuis recolendo, quibus practica dirigitur. Quia omnes colores sunt laudabiles, dēpta rubedine, donec in fine fueris post incinerationem. Caueas ergo ne corpus rubeat ante alios colores per ignem alienum.

De inhumatione, uiuificatione, & liquefactione corporis mortificati.

Liquefactio corporis est cōtinuare partes cōminutas & calidiores per calcinationem in unum, cum humiditatis beneficio. Præterea sume aquæ residuum primum rarefactæ; et de ea super terrā infunde tertiam partem, ita quod tertia illa pars natet uel supereminеat uno bono digito super corpus. Deinde penitus cum

cum ſuo cooperatorio et cæra obſtruatur os uaſis, et per triduum permittatur in digeſtione.

De ſeparatione corporis uiuificati à non uiuificato.

POſtmodum quod liquefactum eſt de corpore in aquam, ſeparetur caute per Z. in uaſe æneo, in quo alium ſeparaſti liquorem: et caue ne aqua ſiue liquor turbetur per feces, ratione declinationis uaſis. Quo ſeparato et obturato, cum tota ſui materia reponatur mox in digeſtione V. et conſeruetur ibidem, donec ſuæ ſeparationis aduenerit tempus.

De diſtillatione aquæ quæ remanſit in corpore per Y.

SIcuti iam ſuperius dictum eſt in capitulo proximo, ita ſimiliter in iſto dici poterit, nec plus minus te habere coneris.

De distillatione aëris & mortificatione terræ per calcinationem.

EOdē modo procedes ad aërem humidum separandum per cineres, & corpus siccum mortificandum, ut dictum est supra in capitulo. Cum uerò illius cessauerit &c.

De inhumatione & uiuificatione corporis per V.

SVme corpus contritum uel assatum, & in eo mediam partē aquæ quæ remansit de aliis inhumationibus in fundo, ita quòd uno digito supereemineat absolutè. Demum procede sicuti diximus in capitulo Liquefactio &c. & aliis quæ per Y. formaliter implentur. Talibus imbibitionibus corpora mollificantur post eorum contritionem. Contere ergo corpus solo igne, illud scilicet quod liquefactum remansit. Deinde molli-

lifi-

lifica,& eius partes subtilia, ut corpus & spiritus ad inuicē copulentur: quia quæ imbibuntur,per aquam mollificantur: & quanto plus teres, tanto plus mollificabis: & quāto plus mollificas,tanto plus partes grossas subtilias,quousq; ab inuicem diuidātur. Quia spiritus tunc impastatur cum corpore: & illa quæ impastantur ex toto soluuntur. Et impastatio uel liquefactio fit cum minima & subtili contritione,incæratione,& assatione corporis cum spiritibus. Quia natura per contritiones & assationes, partes ligatas diuidit cum uiscositate aquæ, quæ est in corporibus,& ab eis resoluitur per minima. Vnde corpora soluta ad naturam spiritus sunt redacta,licet magis sunt fixa. Hic autem spiritus, est participans duabus extremitatibus in natura,tanquam in se

extrema. Retinet ſpiritualitatem ſci-
licet & corporalitatem, fixationem &
uolatilitatem; & ideo ſi aliquo modo
partes illius inſpiſſentur, per ignē ul-
terius ſe corrumpi nō permittit, nec
per ingreſſum furioſæ flammæ in il-
lud, ulterius permittit ſe in fumum
eleuari, quia rarefactionem ſui non
ſuffert, propter denſitatem & caren-
tiam aduſtionis, quæ per ſulphurita-
tem quam non habet perficitur. Et
ideo cùm figitur, tinctura eſt albedi-
nis, tingens perfectiſsimè; nec ſepa-
ratur à cōmixto, ſicut nec aqua mixta
aquæ. Quia natura naturæ lætatur,
cùm ſponſus ſponſę copulatur. Præ-
terea cùm ipſum ſit totum in natura
aëreum, aut remanet totum in igne,
aut totum cum ſua ſubſtantia rece-
dit in fumum, cum ſit incombuſtile
& aëreū, quod perfectionis eſt ſignū.
Si

Si in terra ſulphurea ipſum miſcueris calefactum, ſuperius aſcendet & ſublimabitur. Et ſi iſtam ſublimationem reiteras cum cõtinuatione philoſophica ſuper terram ſuam, nimiũ depurabitur, decoquetur & inſpiſſabitur, ac gradatim in ſulphur album & rubeum congelabitur. Diſſolue ergo corpora, & quod quæris inuenies. Quia cùm in toto partes nõ diſſoluuntur, non eſt quod ſubtiliari poterit, niſi illas mollifices. Ideo cũ in reiteratiõe ſolutionis laboras, puriores partes ſegregas ab impuris; quia ſubiecta ſemper eſt turpitudini pars illa, quę cum ſuo toto non conuenit. Separa ergo quæ grauiora ſunt naturæ, ut illis abiectis, opus cum leuioribus perficias, per eundem illum modum quem diximus ſupra in capitulo. Poſtmodũ &c. & in capitulis ſimi-

ſimilibus,cum illis procedere nō dubites: quia idem ſemper eſt in modo procedendi. Ordinē igitur quem obſeruari mandauimus in capitulo, Sicut: & aliis capitulis ſimiliter quæ explētur per Y. Et quēadmodum operatio fit in capitulis formatis per X. ita etiam in præſenti faciendum eſt, nec plus nec minus, practicam tuā dirigendo cum principiis demōſtratiuis, cauendo ſolum ne corpus rubificetur. Et eadem practica quæ formata eſt in capitulis per V. eandem in iſto obſeruare teneris, infundēdo reſiduum totius aquæ, quæ remanſit ex cæteris inhumatiōibus, obturādo ſemper uas cū cæra & opertorio uitreo, & demū totum ponendo in digeſtione de V. & cum hoc habebis rotam primā finitam de cōuerſiōe elementorum ad inuicem. Et operationes

nes istę sunt contritiones, assationes, imbibitiones, decoctiones, inhumationes, uiuificationes, solutiones, cõgelationes, sublimationes, separationes, fixationes, reductiones, generatiões & corruptiões, quas philosophi non sub cõpleta sermonis serie, sed sub tegumento expresserunt, & totius naturę fabricam, in duas naturales & extremas operatiões, uelut omniũ limites incluserunt: quæ sunt cõdensatio & rarefactio. Et rotatio huius rotę in summa est, quanto nobilioris actiuitatis seu uirtutis fuerit materia, & eius substãtia nobilior & subtilior, tãto habilior erit ad susceptionẽ formæ. Et oppositum, quanto materia compactior fuerit & terrestrior, & à sublimi natura remotior, tanto ad susceptionem formarum procul dubio erit debilior. Vnde principium

distin-

distinctionis, diuisionis, & alienationis in rebus generabilibus mineralium, semper erit materia: cũ ipsa causa sit indiuiduatiõis rerum. Et sic patet quod diuisio speciei, fit per indiuidua, & secundum materiam, & non secundum formam, licet propria sibi semper appareat secundũ genus suũ, mediante operatione naturæ. Et hoc ideo, quia forma accidentalis semper indiget forma substantiali, ut ipsa sit causa formæ accidentalis. Ideo secũdum exigentiam formæ, quæ imprimenda est materiæ, oportet primo illã disponere & præparare, per subtiliationem & depurationem, antequam fiat medicina & ignis.

De auisamento artificialiter per doctrinam.

SI uerò aliquid de corpore arido & grosso restiterit ad uiuificandum

dum in lympha, aqua deficiente, nõdum eſt conuerſionis elementorum rota perfecta: quę niſi perficiat, ſtructura ſeu machina huius principii penitus deſtruetur. Quia nullum agẽs, accedens ad ſimilitudinẽ formæ corporeæ naturalis perficit materiam, niſi totam eã reddat homogeneam: & hoc per figuram primæ rotæ conuerſionis elementorum ad inuicem, ſicuti ad plenum declarauimus in noſtro Teſtamento.

De modo perficiendi rotam imperfectam.

SVme ergo fili chariſsime cum intrinſecorũ principiorũ cognitione, per memoriam, intellectũ & uoluntatem, corpus liquefactũ, animatum & uiuificatum, quod poſuiſti in digeſtione de V. & remoto coopertorio, protinus ſuperponatur alembicus, & lutetur cum cæra iunctura

eius,

eius, et ſepara ab eo aquã per Y. uſq; ad mediam ſui partem.

De diſtillatione aquæ quæ remanſit cum corpore.

MOdo expedit euacuare corpus, quod in uia permanſit ſuæ perfectionis à ſuis ſpiritibus, ut calcinetur, et mortificetur, ad hoc ut maiorem ualeat in ſe recuperare raritatem, per quam maiorem attrahat humiditatem: cum rariora humiditatem attrahant maiorem, uſq; ad profundũ corporis alterati. Propter quod ſume illud, & ipſum tracta in operatione, per modum dictum in capitulis formatis per Y.

De diſtillatione aëris & mortificatione corporis.

IN digeſtione huius operis particulariter te habeas fili, ſicuti dictũ eſt in capitulis ſupradictis, formatis

per

per X.& neq; magis facias uel minus, cauendo ne tincturæ comburantur. Per talem contritionem & assationem, diuiduntur partes ligatæ uiscositate aquæ quæ in corporibus est.

De inhumatione & uiuificatione corporis per V.

TAli uerò ordine perficiatur practica capituli huius, ueluti in cæteris capitulis formatis per V. fit conuersio: & sic per talem cõuersionem corpora mortua ad naturam uiuam spiritus sunt reducta: & quia mixta sunt, nunquam unum separatur sine alio. Fili si aliquam partem corporis adhuc uideris per hoc practicale principium circulariter non rotatam, uel in lympham conuersam, aut sub homogeniorum genere non contentã, sume, mox partem illam, & sine terrore confidenter pone in una parua

chemia cum suo alembico, cuius fundus lutatus sit luto forti & tenui. Deinde eam colloca in suo furnello: postea applica sibi ignem trium cādelarum uel quatuor lichyniorū, ita ut flamma, cuiuslibet immediate tāgat fundum cucurbitæ uel chemiæ. Talem ignem fili continua prope uas, donec tali calore corpus uideris calefactum, quod infra tres horas uel saltem quatuor efficietur; & recipe sudorem quem mittet receptaculū, quamuis sit insensibilis; & hunc sudorem sume & pone seorsum ad usum. Statim cùm uideris corpus liquefactum, subtrahe ignem, & permitte uas infrigidari: cùm autē senserit se aëre frigido circundatum, remissione caloris mox congelabitur ad modū Mercurii & sulphuris philosophorum, uel sulphuris fusi, haben-

bentis colorem cineris quasi nigri. Et hoc est proprium sulphuris liquari calore, & cōgelari in frigido. Hoc est sulphur fili, & hic coluber, & draco deuorans caudam suam, Leo rugiēs, & gladius acutus scindens omnia, mortificans et confringens, ac seipsum uiuificans. Sume ergo ex eo nebulam quā peperit tenebrosam, et infunde super eam de aqua separata ab eo per Y, ita ut superemineat digitis quatuor uel duobus saltē: quia in ictu oculi in aquam conuertetur purissimam. Talibus autem cautelis obseruatis, perficitur rota de conuersione elementorum ad inuicem, quæ una est ex quatuor figuris, quibus figura in magisterio completur circulationis, quā tradidimus in nostro Testamento.

De effectu tertij regiminis. *alias primi.*

Fili effectus & intentio huius regiminis est, ut uires argēti uiui dominentur super uires sulphuris, & uires unius patiantur à uiribus alterius, & illas in sui naturam conuertat. Quia cùm effectualiter argentum uiuum depurare uolumus, per uirtutem sulphuris utiliter necessario congelare oportet, ut uirtutes sulphuris intrent substantiam argenti uiui, antequam sulphur argentum uiuum permutare ualeat: & in hoc ars imitatur naturam. Hoc autē memoriter teneas in cellula mentis tuę, quòd necessario oportet, ut corpus quod est principale conuertens, primo conuertatur in spiritum conuertibilem, ut post conuertibilis spiritus, in illius substantiam congeletur sulphuris. Et ideo recordamur nos dixisse in nostro Testamento, quod nul-

nullum argentum uiuum promptius conuertitur in naturam ſulphuris, quàm illud in quo ſulphuris qualitates per diſſolutionem ſunt ſufficienter introductæ: nec ullum ſulphur promptius congelat argentũ uiuum, quàm in cuius naturæ ſubſtantia, ipſum argentum uiuum exiſtit per artis ingenium tam conuerſum. Quia tunc natura naturam cõplectitur propriam, & amicabilius magis gaudet in ea quam extranea. In omni tranſmutatione elementorũ ſemper talis paſsio præcedit tranſmutationem ſubſtantię, ut uirtus argenti uiui tranſmutantis, in toto obtineat partes ſulphuris tranſmutati, ita ut in ipſo ante ſui tranſmutationẽ commiſceatur per minima in proprium ſulphur non urens album uel rubeũ: & illud propriam argenti ui-

ui habebit materiā. Et sic lapis suauiter cū magno ingenio à terra ascēdit in cœlū:& iterum descēdit in terram, quia terra nutrix eius est,& portat illum uentus in uētre suo, hoc est sulphur portatur in argento uiuo. Cognoscēda igitur erit passio, quæ præcedere debet transmutationē argenti uiui,& eius operationē: quia huius operatio fit quotiescunq; uirtus argēti uiui per ingeniū naturæ & artis, leuatur super uirtutem sulphuris, cū certo determinato modo operandi.

De penultima practica, quæ est de putrefactione elementorum ad inuicem conuersorum,& in unum coniunctorum.

INtentio uerò fili, quam in hac parte habere debes, est ut lapidē dissolutum accipias, & illū in secreto furno collocare non differas, ut stet ibi per quatuor dies. Hoc enim fit ideo ut

ut adustiones & martyrizatiões quas corpus in supradictis passum est, à suis liquidis substantiis animatis tollantur per animationem & facilem decoctionem, & illud quod tollitur in argẽtum redeat uiuũ. Quia elemẽta sulphurea mixta cũ aquis argenti uiui, per minima iam cõuersa alterãtur, & ad inuicẽ corrũpunt. Talis corruptio argẽti uiui nostri solennis, est generatio quę haberi nequit nisi post putrefactionẽ, quæ est mater omniũ. Quia per operationẽ istam, corpus naturaliter in argento uiuo putrefit, & eius qualitates sulphureæ humectantur, & in aërem conuertuntur. Partes igitur ipsius digestæ in Mercurium redigũtur, & in illud salsuginosum quod omni naturæ est cõdimentũ, & ab inde de post naturaliter separet, & in dulciferum trãsferatur.

Ex permixtione rerũ in putrefactio-
ne huiusmodi, resultat quædam uis,
quam quintum appellamus spiri-
tum, cum sexta uirtute sua operati-
ua, quæ ex causa connectionis ele-
mentorum & introductionis rei pe-
titæ in illis. Sciant ergo omnes artifi-
ces huius artis, species perfectè trãs-
mutari non posse, nec artifex trãsmu-
tationẽ facere potest, nisi primo cor-
pora reducere sciat in primam eorũ
materiam. Qualia si conuertere sci-
uerit artifex, tunc indiuidua eorũ de
facili transmutare sciet operatione
philosophica in aliam formam, quã
prius non habuerant: non tamẽ spe-
cies indiuiduorum transmutãt, cùm
uiciniores sint causæ, & prima mate-
ria omnium corporum, & pura ele-
mẽtalis essentia incorruptibilis quia
omniũ generabiliũ & corruptibiliũ
est

est eadem materia prima ingenita & incorruptibilis, quæ per species accidentalibus sensibilibus nunquã submittitur, nec per cõsequens generationi aut corruptioni, sed bene indiuiduis, quę sunt prima & propria materia generi proxima, & specierũ conseruatiua, quæ à primordiali materiã dependent, in proximis materiis naturæ, quæ actionib⁹ sensibilibus sunt submissæ: Et ideo talis materiæ indiuiduorũ naturaliter generabilia sunt & corruptibilia. Hinc est quod plurimi antiquorum asserent primordialem materiã nullam habere formã: & plures alii dixerint illam esse ens purum in potentia, & nihilominus esse agẽs quoddam uniuersale in natura, quod uniformiter suas substantias congregat ad corrumpendum illas & generandum. Quamobrem

nullatenus est intelligendũ, nisi per sensum anagogicum siue analogicũ ad uniuersalem formam, quæ uelut spirans cum re quinta participat. Sed quanquam ab agente uniuersali inducat forma simplex in actu in metallis naturaliter, & hoc ex potentia media simplicis, & formæ simplicis: eductio tamen, illius multitudinis uel augmenti in corporibus metallicis, sicut in animalium fit corporibus & plantarum, per se euenire non potest, donec prius corpora solida & per totum homogenea in tenuissimam naturam germinata ab agente uniuersali clarè prius processa artis formaliter transmutentur: quia tunc resultabit corpus simplex generabile & corruptibile per uiam naturæ. Corpus simplex dicimus ad differentiam corporis solidi, in cuius forma ipsum

ipſum euaſit, priuſquã corrumpere-tur: quòd tamen nullo modo ita po-teſt corrũpi, quin ſub aliqua materia-li remaneat forma. Et ideo ſoluta pri ma forma corporis, & per elementa-tionẽ in Mercuriũ cõuerſa, forma ei-us corrupta, mox introducitur alia noua forma in ſulphur: quæ qdem forma corrupta in Mercurio eſt in co lore ſubnigra, in odore fœtida, & in tactu ſubtilis & diſcontinuata. In tali aũt materia ſimplici inſunt quatuor elemẽta compoſita, ſeparabilia & re-ſolubilia in aqua Mercurii poſt pu-trefactionẽ. Decoque ergo cõplete in igne leui, ne cõburentur elemẽta, & priuentur effectu, quod accidit cũ cõburuntur antè putrefactionẽ com-pletã: quia ex illorũ cõiunctione ad inuicem certa generantur mixta, ſci-licet ſulphur, & omnium medicina-

rum

rum medicina. Effectus uerò huius putrefactionis est propriæ & naturalis humiditatis, ab innaturali caliditate. Quia innaturalis caliditas in materia metalli (in qua applicata moram contrahit, & in sua actione præualet, secundum mensuram illam quæ Geometrica uocatur medietas) semper putrefactionem in liquidis facit substantiis, & hoc sine resolutione humiditatis naturalis ipsius metalli, imo ipso in substantia sine consumptione manente, corrumpit qualitatib⁹ innaturalibus suis disponendo, quibus qualitatibus materiæ efficitur contraria pro altiori parte. Et sic complectionem mutat innaturalis calor, qui substantiæ metalli conuenit, in complexionem oppositam; quòd tamen facere non ualeret quamdiu staret humiditas calore natu-

naturali informata. Et ideo oportet ut prius corrumpat calorem naturalem sub conseruatione illius. Sed quia lato eius est spiritus, necessario decet ut complexionem eius corrūpat. Propter quòd dicimus necessarium esse, ut innaturalis calor argenti uiui humiditatem naturalem corrumpat, & sulphur in ipsum ab eo resoluat. Et cùm ipsam informare uolueris iungatur cum humiditate & siccate, à quibus informationem recipiat quæ argento uiuo cōtrariatur, et naturali humido sulphuris,

De ultima practica primi regiminis quæ est de diuisione elementorum ad inuicem connexorum & primo de aqua.

SVmatur ergo in Dei nomine cōpositum superius putrefactum, et per alembicum distilla primo to-

tam

tam aquam in balneo mariæ, continuando ignem lentũ cum æquali informatiõe, donec uirtute illius, subtiliores partes lapidis ad naturã simplicis aqueitatis tantũ sine calore approximantes fuerint distillatę, ut nihil amplius per calorem illũ distillari ualeat. Causa autem quare separamus elementa, est ut ad plenum quodlibet per se secundũ exigẽtiam suæ naturæ præparetur, & lapis magis subtilietur, ut ratione suæ subtilitatis postea firmius coniungatur. Deinde ergo ipsa per primum regimen, & postea illa per secundum regimen rectifica.

De separatione aëris & mortificatione terræ.

Fili aër simplex cum suo igne simplici distilletur per cineres, quia maiorem ignitionem sustinent, & in

in tota practica patebit illos simplicem sustinere igneitatē. Et hoc ideo: quia expedit calores & grossiores partes terreas per ignitionem simplicē eleuari superius. Sume ergo dillatorium cum materia tota, & colloca super cineres, & distilla aërem ad partem cum igne continuato de serratura bene composito, donec pro ista uice totū aërem receperis cum igne permixtū, & in uisceribus aëris ignē occultatum. Illud autem quòd residet in fundo combustum, est ignis separandus à terra sicca & nigra.

De inhumatione & corporis uiuificatione.

CVm autem aër separatus sit à corpore per distillationes cineris, et corpus per calcinationem mortuum extiterit, & uas rationabiliter fuerit infrigidatum, infunde

statim

ſtatim ſuper ipſum tantum de aqua ſua prima, ut quatuor ſupereminea t digitis, cum omnibus ſubſtãtiis quas ſuperius recollegiſti et mox claude uas cum ſuo coopertorio, et in calore febrili ſignificato per V, dimitte per ſex horas fermentare.

De ſeparatione corporis lymphati à mortuo per Z.

ABhinc uerò ſepara aquam caute cum igne ſoluto per literã Z. In alia cucurbita munda ſumma cautela, cauendo ne aliquid de ſuis fecibus ratione beneficii Z. ſepares.

De ſeparatione aquæ ſecundæ aëris & ignis in ſubſtantia.

ACcipe ergo materiam liquidã per Z. ſeparatam, et quemadmodum per diſtillationẽ in balneo ſeparaſti aquam primã, ita etiam per leuem ignem ad partem recipe hanc aquam

aquam ſecūdam: quia cum iſta aqua ſecunda rubificabitur ignis, & ipſum ignem ſui attractione in aërem conuertit. Cùm uerò per aquam totaliter fuerit diſtillata hęc aqua ſecunda, in fundo aër & ignis ad modum ſubſtantiæ oleaginoſæ fortiter uiſcoſæ 107:7 uidebitur, quam ſeorſum reconde: quia talis ignis eſt à terra ſeparatus pro diſſolutione prima, quam diſſolutionē merito laquefactionem nūcupamus. Quia duo elementorum ſunt lapidea, ſcilicet ignis & terra in ſiccitate concordantia, quæ tali ordine ſunt ſeparanda ut aër uel ignis non confundatur aëreo terreo in rectificationibus ſuis Et ideo cum calidiores partes lapidis ad naturā ignis approximantes per aquam naturaliter citius reſolui ualeant ut in aërem cōuertantur poſtea, illas prius per Z.

ut corpus lapideũ ſeparare expedit, et ſic terra cum terra dabit ſuã humiditatem, et ignis cũ igne, et quilibet per ſe ueritatem ſuã præſtabit in rectificationibus ſuis. Cõſidera fili quã pulchrum et utile ſit myſterium elementorum ſeparatio, ac Leonis uenena, beneficio et ingenio diſcretionis humanæ ſub conſeruatione proprietatis illius, ab igne ſeparare: cuius ſignum eſt cùm in utero uenti deportatur, nec rubeſcit in commodum aliquod donec ſit completum. Aër igitur ad albũ, et aër et ignis extrahuntur ad rubeum, in quibus eſt altior tinctura ex duabus ſubſtantiis lapideis ſiccis. In ablutione igitur ignis qui deſcendit ex illo, eſt oleum rubeum, licet in oculis noſtris uideatur album. Quod uerò exit à terra, oleum album eſt precioſiſsimum.

Vide ergo et intellige primum principium quartum completum.

De Secundo principio practicali cũ suis secundi generis materialibus principijs: & primo de aqua, & signis demonstratiuis, quod est abluere.

ABlutio aquæ fit distillãdo eam septies per se sine aliquo additamẽto uice post uicẽ, cũ inhumatione fimi interposita. Distilla ergo eã septies per V, et erit optimè à suis feculentiis terreis denudata. Hæc aũt est aqua uitæ, Lac uirginis, sanguis reincrudatus, menstruum dealbatum, nutrimentũ infantis, cibus cordis, aqua marium, uenenum uiuentium, cibus mortuorũ, et argentum uiuum philosophorum à sua feculentia terrea per sublimationem depuratum, secundum ac principale principium materiale secundi generis in magisterio nostro cõfortatiuũ

ad creandum lapidē latonis uel æris, qui terra dicitur, & principium naturale primum, ac caput draconis solutiuum, & medium tincturarū, coniunctionem faciens uel matrimonium inter corpus & spiritū. Vnde paganus philosophus inquit. Qui argentum uiuum à corporibus extractum taliter commiscere nouerit, & corporib⁹ amicari, sciet unum ex secretis maximum, & uiam principalem perfectionis. Nullus autem cōmiscere ipsum corporibus poterit, sine cognitione huius magisterii. Propterea philosophi dicūt, Nemo utetur ipso sine magisterio: quia cùm non inueniatur imitare ipsum sine perfecta administratione alterationis naturæ, expedit ipsum neceßario taliter præparari, ut firmius cōiungatur, & permisceatur in profundo,
usq;

usq; ad occultantis corporis sui separationem. Ex quo patet, quod argētum uiuum nostrum, non est argentum uiuum uulgi, nec præparatum sublimatione uulgari, sed potius ex una lutosa substantia procreatum & uili, ac una sola uia naturali, scilicet magisterio nostro. Veruntamen nō putes ex illo solo per aliquod magisterium; quia per se nunquam ad ultimam perfectionis partē deueniet. Vnde idem paganus & nos similiter pro certo testamur nostris experiēciis manifestis, quod commixto, id est cum corpore uel eius terra, sulphurea perficitur, & sine illo magisterium protelatur usq; ad desperationem. Et illud ideo est: quia licet ars naturam sequi satagat quantum posibile est, tamen in hoc ex toto imitari non potest, nisi quædam si-

ſimilitudine, quã ars ſupplet in iſto paſſu ad naturam reducendo, quòd natura facere nequit, cùm materiam talem nõ poſsideat, quæ proprietate ſua, ſuũ argẽtum uiuũ neceſſario habet indurare, ut ars breuiori & pauciori tempore quã natura operetur: ratione cuius dicimus quod illud quòd ars facit in paucis diebus multiplicibus digeſtionibus ſuper terram ſine præiudicio naturæ, id calor facit in mineralibus digeſtione ſimplici in mille annis. Ingeniũ uerò huius breuitatis ſupplere, eſt æqualitas & uirtus terræ ſulphureæ, cuius primus & principalis inuentor eſt Hermes triſmegiſtus pater Alchymiſtarum, qui non curauit tanquam cupidus artis eam cælare: ſed tanquam principalis in magiſterio clara ueritate ſucceſſoribus ſuis in poſterum reuelando

do

do fideliter & clarè eam cōmendando reliquit: cùm apertè dixerit, Nutrix eius est terra, cùm constet in illa esse realiter uirtutem lapidis integram; sed non integraliter, nisi argentum uiuum fuerit redactum in eādem. Et ideo subiungit quòd cùm à terra ascendit in cœlum, & iterum descenderit in terram, tunc uim recipiet superiorum & inferiorum, scilicet integram uirtutem cùm in terram suam uersus fuerit. Alii appellauerunt hanc terram Leonem uiridem fortem in prælio. Alii Draconem deuorantem, id est congelantem uel mortificantem caudam suam, id est suum argentum uiuum. Alii appellauerunt illam, locum desertum; quia depopulata est à suis spiritibus. Alii uenenum, quia interficiens est. Alii arborem

quia fructum est gerens. Alii Hyle occultũ,quia totius naturæ est fundamentum,& subiectum omniũ elementorum. Propterea non obliuiscaris fili hanc terram quam ad literam nominauimus,dum per plura & diuersa opera maximè fluxerit per media & extrema; quia ars semper indiget sua terra propria, in qua uirtus mineralis posita est, maxime ad Mercurium indurandum. Quamobrẽ cerusa aut sulphure, arsenico, uel argento uiuo uirtute suę terrę in sulphur congelato ad indurandũ & colorandum arte & natura. Et ideo subiungit idem paganus,quòd cùm suo compari in natura & substantia propria, id est sulphure,per uirtutẽ terræ suæ procreato, fit tinctura, & dat pondus completum unicuiq; metallo,& à fœditate ipsum depurat & illustrat:

lustrat:ut patet per præparationes & reductiones illius in corpus suũ, quia tunc ipsum à fœditate sua abluit, dealbat & perficit cum magisterio, sine quo nihil horum præstat. Talem igitur aquam fili septies distillatam, aut tale argentum uiuum serua ad partẽ in uase uitreo bene obturato. Illius uerò præfatæ ablutionis signum est splendor transparens & fulgens ut cristalli serenitas: aliquando cum fecibus albis ad modum salis cristallini qui post septimam distillationem in fundo remanet, & aliquando sine fecibus. Cuius signũ est repletio aquæ à substantia naturali corporis in argentum uiuum:quia tunc aqua stare incipit, multum desiderans terminari et in sulphur cõgelari, quia phlægma paucum posidet. Et cùm in fundo nihil remanere uideris, signũ est

quod paucitas corporis est eleuata in aqua multa; & ideo quia porri sui nō potuerunt impleri propter corporis paucitatem & raritatem, amplius af-fectans attrahere. Quapropter tale argētum uiuum est ualde macrum, & ideo nō bene fertile donec impin-guatur per repletionem sui in argen-tum uiuū uerum. Collige ergo feces quas faciet in suis distillationibus ui-ce post uicē, & repone cū terra nigra & alba in prima separatione collecta. Et sicut fecisti de aqua prima, ita etiā facies de aqua secunda, feces semper reponendo cum terra supradicta.

De extractione & augmentatione aëris utriusq; sexus, & mortificatione ignis & terræ.

Fili in operatione tuæ practicæ & extractione aëris & ignis, poteris simul & semel uice qualibet sine in-

ter-

terpellatione temporis ignem & ter-
ram quamlibet ſeparatam, per ſe ab-
luere per calcinationē, & aërem ex-
trahere per diſtillationē, quouſq; de
animabus nihil remaneat in corpo-
ribus ſenſibiliter. Primo igitur reci-
pe aërem & ignem ad modum ſub- 97:7
ſtantiæ ſpiſſæ liquidæ uel olei uiſcoſi
ſuperius reſeruatū: Et exinde diſtilla
per cineres totā aërem, ſumma cau-
tela cauens ne ignis in tincturis igni-
at. Et cū aër fuerit diſtillatus remane-
bit ignis in fundo inferius ſiccus, ad
nigredinē & rubedinē declinans: quia
parua ineſt nigredo et albedo multa
cū colore citrino. Nigredo hæc eſt in
albo, et rubeo in rubeo, qa indiget ſul
phure rubeo et mundiſsimo, quēad-
modū albū indiget ſulphure claro et
albo. Et ꝙ facis in operatiōe ad albū,
idem facies in operatiōe ad rubeum,

et

et econtra. Quia hæc medicina una est in essentia, et in modo agendi uel practicãdi. Sed additamentum in rubeo citrini coloris à mũdissima perficitur substantia sulphuris fixi.

De ablutione ignis & terræ per mortificationem.

Fili ablutio terræ, fit cũ aqua prima rectificata: et ablutio ignis fit cum aqua secunda: quamuis error maximus nõ sit si terra similiter prę paretur cũ aqua secunda, dum tamẽ ipsa prius bene fuerit rectificata, cùm sit calidior prima: et ideo in aërem reducit citius. Si igitur dicta duo elementa lapidea prępararc uolueris cũ aqua secunda, accipe illam ac diuide ipsam in duas partes. De una parte terrã, et de àlia parte ignem insimul separatum rectifica, aquam terræ cũ terra, et aquam ignis cũ igne miscendo

do in qualibet præparatione. Per distillationem uerò in balneis aquas separa. Abhinc quamlibet substantiam ad partem pone, & non misceas aquam albam cum rubea, nec rubeam cum alba: quia cum alba albificabis, & cum rubea rubificabis. Veruntamen non putes fili hāc aquam in aspectu esse rubeam sed albam, rubificandi importans substantiam in effectu. Et hoc ideo: quia ignis cum natura uenerabilis ignis occultatur in uentre aëris, & sic subiectum propinquissimum tincturam retinens ignis in aspectu manifestare nequit eam contra pugnam ignis donec in sulphur bene complectionatum fuerit congelata: quia cum ipsa per minima seminatur super terram foliatam albam, tunc recedit aqua per desiccationem uirtute expulsiua, & cōiugali

iugali fœdere ſeu amore naturæ, remanet anima ligata, quę tinctura eſt in Leone, in corpore proprio fixo: quòd ſecundum ſuum retinaculum eſt manifeſtatiuum contra pugnam ignis. Cùm aquas per aquas diſtillaueris, & cũ diligentia infrigidari permiſeris, colloca mox uaſa inter cineres, & diſtilla inde aërem cũ igne de ſerratura, albi ad albũ, & rubei ad rubeum: & cùm diſtillati fuerint ſeorſum ſerua.

Aſſata ſumenda ſunt corpora, & aqua ab eis in balneo abſtracta eis erit reſtituenda.

SVme ergo corpora aſſata, & ſuper ea aquam ſuam infunde, quã per diſtillationem in balneo ultimo ſeparaſti. Superpone mox alembicum & iuncturas luta cum cæra: deinde colloca uaſa in balneis cũ igne æqualiter continuato de ſerratura, & per di-

diſtillationem aquæ in qua partes lapidis ſunt quæ magis ad naturam ſimplicis aqueitatis approximantur quam aliæ, ſeparentur. Et cùm tota aqua fuerit diſtillata, pone uas ſeorſum bene ſigillatum.

De ſecunda ſeparatione calidarum partium ſeparatarum, & in aërem decoctarum quæ corpus faciunt.

CVm autem ſubſtantia aquea fuerit per alembicum ſeparata, & ſeorſum poſita, uaſa infrigidata colloca inter cineres, & aerem recipe totum, album ad album, & rubeum ad rubeũ, cum igne de ſerratura. Quia quòd ab igne deſcendit oleum, ut diximus eſt rubeum; & quòd à terra deſcendit oleum eſt album precioſiſsimum.

De aſſatione prima ignis & terræ poſt aëris extraxionem.

Sta-

STatim ergo cũ uidebis oleum ab utraq; corpore distillatum, continua illuminet ignem per sex horas sine remotione receptaculi, ut corpora suauiter calcinentur, digerãtur, & ad ultimum subtilientur.

Assatio non est nisi corporum in igne conseruatio.

AD hoc autem faciendum cum cautela ignis administrationis ad perfectionem dubium te habere non proponas: quia hæc assatio non est nisi illorum corporũ in igne per nos iam dicto termino conseruatio.

De tertia attractione aquæ in aërem conuertendæ.

SIcut iam dictũ est in capitulo de secunda attractione aquæ, quod incipit. Sume ergo &c. ita etiam intelligas præsens capitulũ, ita ut non

putes

putes ipſam in practica aliqualiter diſcrepare.

De tertia ſeparatione aquæ.

EOdem modo quo te in practica habueris ſuperius, data in capitulo ſecundæ ſeparationis aquæ per balneum, pari modo habere teneris in practica capituli præſentis.

De tertia ſeparatione olei uel rerum calidarum.

SI tali forma qua in practica capituli. Cum autem &c. de ſecunda ſeparatione exercitatus fueris, te ipſum exercueris: clara in ipſa practica indicatur noticia bene exercitata, præſertim cum forma mortui rubei uel albi, ſine humore in altiori cacumine in ſiccũ aërem progrediiſſe non uideris.

De aſſatione ignis & terræ ſecunda.

CUm autem iam dicta practica oleum ſeparatum fuerit à cor-

poribus, terra ſcilicet & igne, cũ igne ſicco de ſerratura per diſtillationem, ſuppone ignem de carbonibus tenuiſsimum, ut acutiori lancea ſubtilis punctuitatis, duabus aut tribus horis corpora per eũ calcinentur: ſumma cautela cauens, ne uas uel materia rubeat, & animæ ſine ſpiritu fugiant, & tincturæ comburantur. Quia nullo modo indiges neceſſario, ut animæ rubeæ per nimium ignem fugiant à corporibus ſuis ſiue ſpiritu, alioquin deficient per receſſum ſui, & fugient ad regionem remotam cum combuſtione tincturæ. Et hoc ideo eſt, quia nõ habet locum proprium, mediante quo ſe retinere poterit, hoſpitare, uel quieſcere. Et retinaculũ eius eſt aqua, cũ qua extrahitur anima, quæ eſt ignis, paulatim & paulatim cum uenatione lenta, ipſam à com=

cōbustione defendens. Et dicta aqua est spiritus, qui in uentre animā trahit à corporibus, sicuti matrix uirtutem formatiuam embrionis. Cúm uérò extrahitur à corporibus, tunc ipsa hospitatur, & remanet in dicto spiritu, nullo modo uisui se præsentans: & de ipsa spiritus imprægnatur, cū sit locus eius proprius ipsam retinens ne fugiat in summum siccū, uel cōburatur. Et anima ipsa est sulphur, ac uirtus formans, & sigillans species rerum, secundum genus suū, & semen masculinum. Et ideo per ablutionem aquæ, & desiccationem ignis, semper extrahis oleum à corde statuarum: quia anima est ignis in similitudine, & ignis occultatus, & in uentre aquæ deportatus, ex quibus resultat aër, qui aër est tincta aqua, & eius tinctùra non est nisi ignis, nec

ipſe ignis eſt niſi corpus ad ultimum ſubtiliatum,& in uentre aëris iam occultum. Ex quo manifeſtiſsimè conſtat, quòd aër eſt ſpiritus ignem deferens,& lapis eſt ignis deportatus in uentre aëris. Si igitur cum tali igne quodlibet argentum uiuum miſcueris, ſtatim ſine ſeparatione erit rubeũ in æternum. Quotieſcunq; ergo uolueris rubifica ſemper cum igne lapidis,quæ rubificare quæris,& erunt rubea ſemper.

Fili practica per quam doctrina in capitulo.Sume,& capitulo. Sicut, iam patere poteſt in oculis tuis per capitulum præſens,iſtas operationes practicæ, facias ſimilare. Nam illo modo quo operatus fueras uirtute formæ tibi reuelatæ in capitulo. Ad hoc & capitulo. Eodem modo,ſi practicam huius capituli illis coæquare

uo-

uolueris ex forma processus illius exorta, suo fructu non priuaberis.

De separatione quarti olei.

REgimen quale operatus fueris, seu exercueris per doctrinã capituli. Cùm autem, & capituli. Si tali, practicæ huius capituli adhærere facias.

De assatione tertia ignis & terræ.

CVm uerò per supradictã artem oleum à corporibus extraxeris in regimine sicco de serratura, statim receptaculo deposito, & alio paruo et nouo uitro cautè supposito, ad thesaurum naturæ recipiendum, ignem de carbonibus paulatiue subiicias, ita ut maiori pũctuitate quàm diximus in capitulo. Cum autem, de assatione secunda, augmentetur, iuxta rationem mẽsurę illius naturę, debite septem horis uel quasi cõsideres, quo-

usq; uideris ipsa olea ab aëris humiditate priuata. Terra uerò in ultimis suis calcinationibus maiori indiget igne, informato tamen cum rationabili mensura quam ignis terræ sit; eò quòd ignis ipse corpus sit simplicius quàm terra ipsa, & ligatum magis uiscositate sua, propter partes eius cum humido minimo possunt confundi igne. Et ideo nunc elucidatur ratio, quare ignis nō calcinatur cum terra, cùm ipsa grossioris fuerit substantiæ & naturæ, tanquam omnium elementorum subiectum. Vide ergo & perscrutare naturas istorum lapidum, sensu, ratione & experimento, & fortitudinem eius; quis, cuius & quantus ignis & alterius lapidis amic' sit uel inimicus; & antequam aliquid experimento pertractes, uide quid, quare, unde, de

quo,

quo, ubi & quomodo facies: & hoc intelligendo totum cum memoria recordanti, intellectu intelligenti & uoluntate diligenti, & frequenti lectura, multiplicatur memoria, perscrutatione & contemplatione assidua. Intellectus per nouem distinctiones ad penetrandum causas rerum acuitur, dum tamen limites rerum non transcendat. Quia si fuerit extra lineam naturæ errans in deuio positus, dirigat se, & reformabitur cũ experimẽtali semita ueritatis. Amoris uinculo ueritas gignitur & uehitur indissolubiliter, tam in diuinis quàm in naturalibus, ut ex uisibilibus argumentis nobis ex exuberantia illius extitit patefactum. Calcinare tunc naturam terræ sapienter præcognitam, igne suo fortiter accenso cum reiteratione attractio-

nis,& aquarum diſtillatione,ac corporum calcinatione nō omittas, donec terra ipſa ſubalba remaneat ab humiditate uacua, & ipſe ignis ſit in puluerem redactus, rubeus ut iacintus: cuius ſignum tunc oſtenditur, cum humiditate radicali omnino remanet priuatus. Hæc humiditas radicalis tardius ſemper ſeparatur à corporibus, eò quod ipſa magis exiſtit de natura, quam fuerunt aliæ calidítates. Et quia in natura eſt calidior, ideo in ultimis reiterationibus, reperta eſt prætioſior. Propter quòd ſepara ſemper illam modicam humiditatem ad partem uice poſt uicem, ſemper eam in paruo receptaculo recipiēdo, in quo obſeruari præcipitur, ne tantus theſaurus deperdatur confuſione plurium, cùm ipſe ſit modicæ quantitatis, cuius una gutta

cer-

certiſsimè poteſt in mille partibus corporum incærari. Præterea cùm uolueris incærare, miſce de re calida & humida, magis quàm de re terrea & ſicca. Sed cùm fixare uolueris, miſce de re terrea & ſicca magis quàm de re calida & humida. Hoc tamen intellige poſt extractionem naturæ naturatæ. Sed quia talis extractio fieri non poteſt abſq; elementorum corruptione, & partium ſeparatione, clarum eſt quod ſine illis magiſterium non perficitur. Et ideo oportet te ſeparationem elementorum ſubtiliter facere pro tuo poſſe, cum præparatione lenta tibi nota: cum talis ſeparatio, naturarum ſit mutatio: & conſtat quod huius operis ingenio, inſtans erit perfectio. Pone ergo ſuper prædictorum corporum ſubſtantias ex quibus adhuc oleum extrahere

uolueris, tantū aquæ suæ purissimæ, quòd quatuor superemineat digitis aut plus, & alembicū superpone & luta. Fili per hoc quod diximus purissime, insumauimus rarefactionē aquę Mercurii in aëris leuigatione. Et per hoc quòd diximus substantiā, intelligas materiā terrestrē albā ad modum salis uel aluminis resolutā, aut sicut tales uel foliorū cristalli ad album: sed ad rubeū substantiam adde rubeā quasi nigrā ut sanguis gelatus. Quia instinctus siue appetitus naturalis in elementatione prouenit ex rerū subtiliatione & rarefactione, unde cū non diu uacuitatē tollerare ualeat, necesse est quodlibet iam rarefactū statim de alio condenset, et illud ad se attrahat et cōuertat: ut terra in aërem per aquæ medium, et ignis in aquam per aëris medium. Et ex hoc

elu-

elucidatur capitulum illud, Fili impossibilitas, et alia plura capitula. Quare capitula illa relegas et intelligas. Ab hinc per distillationem balnei totam aquam separa, et uidebis in fundo oleũ, corpus in aërem grossum per media minima iam reductũ super Mercurium siccũ qui indissolutus remanserat. Demum uerò separa oleum cautè ab aëre, in sicco igne de serratura, et seorsum serua. Postremum uerò receptaculo deposito, et alio uitro paruo supposito ad recipiendum illud quod tardius separatur: quòd ad partem ponas. Et statim de carbonibus ignem subiicias maiorẽ quàm in iam dictis assationibus suppositus fuerat, paulatiue tamen secundum naturæ exigentiam et rationis mensuram, nouem horis illũ augmentãdo, et diligentiã rectam adhi-

adhibere cognoſcas. Sic autem cor=
pora calcinantur,aſſantur,& combu-
runtur,ac omni ſpirituali humidita=
te priuantur:& hoc cum pręparatio=
ne lenta,donec ſint in modum pul-
ueris inſenſibilis,cui non eſt tactus,
niſi leuis fortè. Cùm autem per iam
dictam ſolutionem Mercurius dimi=
nutus fuerit à corporibus, Mercuriũ
ſuperadde alium mundum, calidum
& rarefactum,& in balneo Mariæ ite=
rũ diſtilla,quod frigidius eſt in natu=
ra ſeparando,& repone ut expedit ad
coquendum: quia ſic continue faci-
endum eſt, donec totum oleum ſu-
mas à corporibus,& nihil in eo ſpiri=
tibus remaneat inſolutũ, & demum
corpora bene combuſta ſint,& in te=
nuiſsimum puluerem redacta. Quia
tunc in eis inportant manifeſtum,
quod non remanſit aliquid de anima
in

in corporibus, quod ab artifice ſentiri poſsit in ſua operatione, uel ſpiritus ſublimatione. Cuius manifeſtius ſignum demonſtratiuum erit, cũ parum de his laminæ ſuperpoſueris ignitæ, tunc ſubtilia & pura ſi efficaciter erunt appropriata ſub nomine ſpiritus, non minus erunt quàm appropriata nomine animæ tingentia & lucentia: & etiam tanquam appropriata nomine corporis per media ad extrema, ſubtilis, rubea, ſicca, fixa. Et illud ideo eſt, quia in nulla noſtra operatione indigemus aqua, niſi cãdida, cum anima, ſimplici propinqua: nec oleo indigemus niſi albo, ſubertrino aut croceo: nec igne, niſi rubeo: nec terra niſi pallida & ſubalba cum ſubtili ſubſtãtia & fixa. Quia ignis deſiccat & figit, ſed aqua mundat & abluit. Aër uerò & ignis tingũt & flue-

& fluere faciunt. Propter quòd docet philosophus artificem multam necessario habere debere aquam et aërem multum, quia quanta erit multitudo ignis et aquæ, tanta erit multitudo olei. Ecce quomodo ex duobus extremis resultat medium commensuratiuum in natura. Ex quo patet ignē in aquam reduci non posse, nisi prius reducatur in aërem. Vnde per instinctum naturæ, utriusq; amor gignitur. Ecce quomodo aqua reducitur per aërem. Et hoc ideo quia aqua iā attracta fuerat per ignē in aërem, qui cibus eius est. Cùm ergo taliter præparaueris, tunc terra erit habilis ad soluendum non in aquam uulgarem, sed in aquam siccam Mercurialem. Et in hac tertia dissolutione, aqua etiam erit efficax subtilitate et rarefactione ad ingrediendū, et oleū in

in quo portatur ignis est ad tingen-
dum superabundans penetratione &
uirtute: & quāta erit multitudo olei,
tanta erit etiam multitudo tincturæ.
Quia hoc oleum est tinctura, aurū &
anima, ac philosophorū unguētum,
quo totū perficitur magisterium. Si
uerò talia elementa nō habueris, cer-
tum signū demonstratiuū erit erro-
ris. Errorē ergo tuū corrige, totū po-
nendo ad inhumandū cōplete, & po-
stea redi ad separationē elementorū:
quia propinquior est præparatio in
ea, quā si inciperes in opere nouo: qa
subtiliora sunt iam et quasi elemen-
tata omnia in operatione iam cepta.
Memoriæ ergo commendes cùm er-
ratum cōstiterit in operatione, sem-
per ad separationem elementorum
redeundum.

De distillatione aquæ, aëris & olei Mercurij.

Cum

CVm uerò argenti uiui humiditas per modum traditum, à corporibus fuerit penitus resoluta, distilla eam per alembicum in balneo Mariæ septies, inhumatione lentissimi caloris semper interposita. Et sicut fecisti de aqua, ita fac etiam de aëre: & sicuti fecisti de aëre, fac ita de igne uel oleo. Quia ablutio eorum est eadem, sicuti fuit aquæ primæ: quę quidem inhumando & distillando pariter fieri poterũt, donec aër & oleum ad cristallinam perueniãt serenitatem sine fecibus. Et licet aër & oleum feces non habeãt, alba tamen sunt eius signa demonstratiua certa, & gutta spissior, & aquæ color intensior, & substantia aërea leuior: quòd patet per hoc, qa si miscueris ipsum aqua, natabit & cõgelabitur ad modũ tenuissimæ pelliculæ diuersorũ colorum

lorum apparentis. Si igitur Solis radio fuerit circũſeptum, criſtallinam etiam tinget laminam, tertio in auro noſtro extinctam; & cùm hoc completum elementorum ablutio. Ipſa ergo ita abluta in uaſe ſigillato reſerua, & maximè oleum ab aëre, quia cõſumeretur ipſum oleum, & ipſe aër propter naturæ ſuæ uicinitatem. Et quia nihil aut parum ſaltem diſcrepant in ſimilitudine ad inuicem, ſuper totũ quod recondis ſeorſum ſingulariter ſcribas, uirtutes, nomina & colores, ne unũ accipias pro alio cùm operat' fueris, nec corrumpat opus.

Tres humiditates ſunt ſpecificæ differentes ſcilicet aquea, aërea & oleaginoſa.

TRes quippe ſunt humiditates. Prima eſt aqua, caput reſolubilium. Secunda eſt aër, medium inter aquã & oleum. Tertia humiditas eſt

oleum ipſum, omnium elementorũ cęratiuum, & noſtrum finale ſecretũ & ultimũ. Prima humiditas ſeparatur per balneum, quia calida eſt. Secunda in igne ſicco de ſerratura, quia calidior. Tertia in igne de carbonibus ſicco, qa calidiſsima. Et ſi oleũ eſt fridum, aër erit frigidior, aqua erit frigidiſsima. Et ſimilitudinarie hoc etiam intelligas de terris, ſi naturas lapidis effectualiter perſcrutari uolueris: quia uirtutis naturæ denominationes ſemper accipias à ſuis ſubſtantiis & ſecundum quòd illarum ſubiecta, earum uirtute alterationes accipiunt, ſecundum illud enim diuerſimode operantur & alterantur: quia per tales alterationes corpora ſemper labuntur de natura in naturam. Et quanto magis natura illorum patitur ad ima, tanto magis gradua-

dualiter ſublimatur ad uirtutes ſupercœleſtes: & quanto magis ad uirtutes attollitur cœleſtes, tanto nobiliores & altiores ſunt eius operationes, & magis abundans eſt aër actionibus propriis. Si ſcire uis cauſam fili quare terra noſtra magis efficax eſt ad penetrandum & cōgelandū argentum uiuum quā terra ſophiſtarū, ſcias quòd hoc eſt, quia ſiccitas terræ noſtræ per digeſtionē caloris complexionalis ſubtilis facta eſt: & ideo magis cōgruit & ſubtilius penetrat in profundo, non ſolū ſubſtantiā argenti uiui, ſed etiā cęterorū corporum quibus applicatur: quā penetrationē frigiditas terræ ſophiſtarū facere nō poteſt, quia nec congruit, eò quòd complexionale non eſt: nec penetrat, quia per calidum uirtutes & ſubtilitatem non habet, quæ cum

aqua prima perficitur. Hanc autem uirtutem ſublimiter informat operatio noſtra in terra per magiſterium.

Tres ſunt terræ philoſophicæ quemadmodum tres ſunt eorum humiditates.

TRes ergo ſunt terræ. Prima eſt ex metallo ſoluta,& illa ſimplex eſt, cũ qua iungitur aqua prima. Secunda media eſt et magis aërea, quæ ex illis duobus elementis reſultat, cũ qua iungitur aqua ſecunda, quæ ſimplicior eſt. Tertia eſt terra luminoſa Solis radios in ſe habere cupiens: et ex hoc dicta eſt terra fermentata ad ſubtiliorem gradũ eleuata: quia poſtremo ad perfectionem cum aqua tertia eſt incærãda,& hæc eſt ſimplicisſima Prima terra ſupradictis regiminibus præparatur: ſecunda tertio principio, operatione mediatur. Tertia, quarto & ultimo principio cum

cum ſui indulcoratione perficitur. Prima terra calida eſt, ideo aqua adiungitur ſibi prima. Secũda terra calidior, propterea aqua illi adiungitur ſecunda, quæ frigida eſt ut lactis ferculum. Tertia terra eſt calidiſsima, propterea illi aqua appropriatur tertia & propinatur: quia frigida eſt ut caloris nutritiuum & cõſeruatiuum, ac totius rei penetratiuum & perfectiuum. Per oppoſitum igitur patet, ſi ultima terra eſt frigida, prima erit frigidiſsima, quia euacuata eſt à calore naturali, & ſi calor ueneni ei adiũgatur, in calorem naturalem & propriũ conuertitur. Cõiunge ergo extrema extremis, & reſultabũt tibi media quæ nobiliſsima retinẽt extrema. Ex iam præmiſsis patet, quòd niſi reuerſionem hãc perfectè intellexeris de differentia in differentiã, nihil ua-

lebit opus, præſertim cùm ſecūdum ſuā qualitatem magis propriā quodlibet elementū habeat ſuū proprium actum, finē perfectionis reſpicientē. Nec eſt ſolū lapis de calore in frigidū mutās, ſed etiā de frigido in calidum, gradualiter terminādus. Et cùm hoc perfecimus ſecundū practicale principiū cum materialibus principiis ſecūdi generis & ſignis demōſtratiuis.

De tertio principio practicali cum ſuis tertij generis materialibus principijs & demonſtratiuis: quæ ſunt Leuificare & lapidem nutrire.

INtētio huius practicalis principii eſt ut argentum uiuum à corporibus extractum, per diſſolutionē ſui ſulphuris & illius uapore per reductionem cōgeletur, ac in ipſum uertatur & exaltetur, donec uim habeat ſulphuream cōgelandi Mercurium, aut

aut aliud argentũ uiuum Quia si pri-
mo exaltatus fuerit à terra sua pro-
pria, om̃ia trahet ad seipsum, & in sui
naturã conuertet: quia ex purissima
argenti uiui & sui sulphuris substãtia
sunt, quæ magis naturæ metallorum
cõueniunt, & magis in profundo sibi
naturaliter adhærent. Medicinã igi-
tur nostrã necessario creare expedit,
antequã illius conuersionẽ perficere
poterit. Vnde proprium argẽti uiui
nostri est quod ex uapore sui sulphu
ris cõgelatur. Quia omne siccũ natu-
raliter ebibit suũ humidũ, & illud ad
se naturali calore cõuertit. Hinc est
quod uapor sulphuris argenti uiui
proprie coagulantis est terrea subti-
lis sui substãtia aërea, decocta & dige-
sta in mixtiõibus scilicet linea natu-
rali actiõe caloris ei unita, Secũda, ut
tã naturali quã artificiali cõiunctim

et diuisim, diuersis sibi ordinatis digestionibus, et artificiali processu præparationibus supradictis. Quia omne quòd subtilis substantiæ est & simile, citius generatur & uelocius quā spissum & solidum. In solido enim corpore, nulla fieri potest generatio, nisi terminata primo & digesta fuerit materia; & digestio materiæ nō fit nisi usu, hoc est frequēti & continua actione calidi naturalis per minima super eam. Vnde isto modo, & ista de causa, solutio fit in lapide nostro: eò quod solutio ipsum lapidem omnino facit esse subtilem. Quia materia lapidis, postquā dissoluta est, ualde uicina fit lapidi; in qua disimilitudine non distat in eo potentia ab actu; propter quod etiam cito terminatur ad actū, calore naturali operāte, et igne artificiali excitāte, ut uelox eius efficia-

ciatur generatio. Et cùm lapis nō sit nisi in potētia, procul dubio per subtilitatem reducitur ad actum. Vnde non indiget nisi subtiliatione, ut postea melius cū spiritibus cōiungatur. Quia quòd subtilis et raræ substantię est, illud cum subtili et rarefacto citius coniungitur, et celerius augetur quàm illud quòd spissum est, durum et opacum. Multis igitur digestionum uiribus indiget corpus durum, opacum et ponderosum, antequam rarum fiat et leue.

Generatio lapidis & medicinæ fit & completur ratione similitudinis & subtilitatis partium ad inuicem.

QVapropter relinquitur quòd generatio tam lapidis quā medicinæ fit et completur ratione similitudinis et subtilitatis partium ad inuicem. Idcirco omne corpus trāsmuta-

mutabile, ad hoc ut in quacunq; specie trãſmutetur, ad primã materiam illud reduci neceſſe eſt, & primo in argẽtum uiuũ: & hoc per diſpoſitionem primã quæ præcedit illam, quã facit ſulphur per cõtrarium. Deinde reducitur in ſulphur per diſpoſitionem ſecundã iam dictã. In hoc enim contrarii fuimus Ariſtoteli quarto Meteororum dicẽti, quòd omne corpus paſsibile, reducitur ad ſuã primã materiam per operatiões naturæ ſuæ cõtrarias. Item mundare corpora ſolubilia per ſpoliationẽ ſulphureitatũ accidentalium neceſſe eſt, donec ſint albiſsima ut criſtallus, omni uiriditate priuata: quia ſulphureitate remanente in corporibus metallicis eſt impoſsibile ea cõiungi cũ ſpiritibus.

Contrarietate remota contrarium induci neceſſe eſt.

Cor-

CORpora calcinantur, ut citius ſoluantur: & eadem ſoluuntur ut ab oleagineis ſordiciebus & ſulphureis,ac aliis uiciis,ex inſufficienti digeſtione emergentibus,& à fixatione & fuſione recta corpora defendentibus, melius mundentur: & hoc ex ratione eadem, quia remota contrarietate, contrarium induci neceſſe eſt. Alia quidem eſt cauſa ut ad penetrationem ſint aptiora, uidelicet ut ſolutiuæ & Mercuriali humiditati appodeantur. Et ideo fit corruptum luminarium combuſtio ex ſola aſpirate naturæ, igne noſtro & proprio ſpiritu, donec innaturalis eorum ſulphureitas deleatur, & multa argenti uiui humiditas reſoluatur, & ad modum ſtanni & groſsi ferri aut æris combuſti redigantur,& ſicut corpora leuia & ſpongioſa ſint:

quia tunc per spongiositatem eorum postmodum intrat humidum subtilissimum per uiam restaurationis rei deperditæ, et confortationis corporum, ut calore naturali per minima gradualiter cōgeletur in sulphur. Vnde Paganus istud in summa efficaciter intellexit cùm dicat in capitulo, qd sit sublimatio, in fine: quòd melior modus est ut sumatur ferri, stanni uel æris usti substantia, propter priuationem humiditatis multæ, illa coagulantur de facili, aut arsenicum solutum in argento uiuo simul uniuntur. Non enim solum extrahimus sulphureitatem à corporibus, sed etiā humiditatem illam qua calor naturalis hebetatur, ut maiorem inde per reductionem humiditatem recuperēt per minima: quam humiditatem in resolutione perdiderunt

derunt in calce. Quia tunc necesse est spiritibus aquis & calce resolutis, uehementi commixtione commiscere per modũ reductionis, ut omnium substantiarum fiat una res stans, penetrans, tingens & permanens.

De inquisitione causæ quare fiat dissolutio secunda, & quid sit.

DVabus ergo de causis dissolutionem facimus secundam. Prima est ut spiritus habeamus in subtili natura, de propria substãtia corporum, admodum aquæ claræ. Secũda causa est ut corpora habeamus spongiosa & leuia de eorum natura, propria humiditate priuata, in quibus sit calor naturæ operans, penetrans & congelans suum argentum uiuum, & in sulphur conuertens. Quia qui extractum argẽtum uiuũ à corporibus non coagulat per sui cõuer-

uer-

uersionem in sulphur proprium al-
bum,nullam uiã ad præparationem
elegit rectam. Si ergo in naturalibus
sublimationibus fueris exercitatus,
nos uerùm dixisse scies,quod talium
secum administratio,quibus conue-
nire debent sublimanda, prætermit-
tenda non est, ac unire humoris at-
tractione in eorum profundo. Quia
oportet ut de propria substãtia spi-
rituum existant,ac rara in substantia
aërea sint disposita, ad resumenda
per minima eosdem spiritus præpa-
ratos: nec inuenitur aliqd,quòd eo-
rum locum poterit obtinere: cũ non
reperiatur eiusdem generis spiritus
commisceri per minima cum ipsis,
non potuerunt unione naturali uni-
ri: & si non permiscerentur ut expe-
dit,tota spirituũ substantia ascende-
ret sine mũdatione aliqua, & sic nul-
lo

lo modo depurata post illorũ inue-
nientur ascentionẽ. Ideo qui argentũ
uiuũ nostrũ à re extranea, sublimare
laborat ab eorum natura, sublimare
frustra procurat. Et si cum calcibus
duorum luminarium sublimaueris,
utiliter sublimabis, & mundabis cum
facilitate, quia facilis eorum subli-
matio: illud autem extraneum nõ est
ei, in quo argẽtum uiuum per magi-
sterium nostrum cõuertitur, scilicet
sulphur albũ & rubeũ, ex quo creatur
argentum & aurum. Quia si sulphur
& Mercurium haberemus de illa ma-
teria super terrã, de qua aurum et ar-
gẽtum fit sub terra, bene poterimus
aurum & argentũ de illis facere cum
proprietate suæ naturæ. Nihil er-
go conuenit rei nisi quodq; propin-
quum est ei ex sui natura. Vides
enim quòd homo nõ generatur nisi
ab

ab homine: nec ab aliis perfectis animalibus, nisi similia. Quia in hoc unumquodq; generatur quòd simile sibi generatione consequitur.

Terra esse debet ex duobus corporibus scilicet Sole & Luna: & duo elementa sunt sicca & lapidea scilicet ignis & terra.

CVm fecibus corporalibus in natura maximè cõuenientibus scilicet Solis & Lunæ, necesse est Mercurium cõmiscere per minima, & quousq; sulphur fiat decoquere. Redde ergo aquam super terram suam, ut recuperet humiditatẽ perditã. Generaliter enim terra illa in se cõtinet fumum illum tenuissimum, subtilissimum & insensibilem, congelantem argentum uiuum, de sua propria natura & substãtia existens. Sed cùm terra ex duobus corporibus esse debeat Sole uidelicet ac Luna, & duo eorum

eorum elementa ſicca ſint, dura & lapidea ſcilicet ignis & terra in ſiccitate concordantia, ſimul ſunt præparanda, cùm ſecundum eorum qualitates conueniant in unam & eandem præparationem. Et rurſus generantur uapores fumoſi illorum, cum tertia diſſolutione uniformiter reſoluentur, & in uentre Mercurii deportantur, cum tota natura quinta utriuſq; corporis congeletur & retineatur: Quia cum argento uiuo inter albiſsima conſtringetur uirtute prædictorum corporum utriuſq; uaporis propinatur ibi quinta eſſentia, quæ in terris dictorum corporum duorum fuerat à natura infuſa. Et ideo cùm argentum uiuum radioſis ueſtibus induit bipartitis, propinquior erit terra foliata ad tingendum in ſulphur rubeum, quàm ſi ſola alba ſimpliciter

ter fuerit uestitum; presertim cùm de sua natura simili per talem colligationem per minima iam imbibitur; maximè etiam quòd argentum uiuum continens germen dissolutũ in spiritum proprio assimiletur quæsito, necesse est ut attrahatur in locũ in quem semen proiicitur maris, in quo est calor naturæ formãs & sigillans; quia sic uertetur ad naturam uenerabilis cõplexionis loci ipsius generationis, quãdo fuerit factus coitus terrarum Solis & Lunæ, & omnium eorum quæ generationi talium circunstant. Coniunge ergo grossiorem Solis substãtiam cum terra Lunę post aëris extractionem, & præpara insimul propter eorum bonã cõmixtionem, & ne confundatur præparatio ob defectum confortationis, & unus alium bene tingat, ac de utriusq;

usq; natura in seipso retineat ne aduratur in pugna ignis;quamobrem separare eos saluum est & naturæ propinquum.

Quomodo corpora calcinata & totaliter discontinuata præparentur.

EOrum autem præparatio quæ calcinata sunt corpora, non est aliud nisi ut maiorem humiditatem naturaliter recuperent, quam in calce perdiderāt. Quia cū corpora sunt calcinata totaliter sunt discontinuata: eò quòd ab aqueo humido ingrossante naturaliter sunt priuata, Arida igitur sunt & uacua ac naturaliter multum sitientia, humiditate aquea confortari cupientia, proprio cōgelans calore humiditatem illam quæ in substantia sulphuris est per minima, operatione directa uirtutē masculinam in eo infundendo, Qui cum

talia corpora formādi sulphuris gratia sint actiua principia, caliditatem naturalem possident in seipsis. Sed quia ulterius propter certa & determinata opera formationis necessarium sit ut argentum uiuum penetret partes eius congelationis, cùm ipse calor absq; penetratione & motu formaliter congelare eum nequeat, oportuit ut illa caliditas moderata foret: quapropter illam superfluā humiditatem, calorem naturalem hebetantem, à corporibus subtraximus, quantū huic fini expediens fuit per solutiones & calcinatiōes supradictas. Et quia hæc digestio per calidum celebratur & humidum, medicina tamen digestiua participare notabilius est siccitatem quàm humiditatem, ita ut siccitas non sit excellens, sed tanta solùm, quāta modera-

te sufficit siccitati. Sed quæritur quare mensura siccitatis plus conuenit medicinæ digestiuæ quàm humiditati; uade ad tractatum de interitione Alchymistarum, quia ibi de ista materia & de aliis digestionibus ad plenum tractauimus. Quamobrem recapitulare hic ea non intendimus, nisi quantum immediatæ operationi fuerit expeditus.

Quæ sit materia lapidis & quæ requirantur ad eius creationem.

MAteria siquidem lapidis nostri est humor seminalis per actum generationis decisus ex singulis partibus utriusq; parentis, corporis scilicet & Mercurii. Ista materia in loco conceptionis dispersa, ui naturæ attractiua in cellulis id est porris matricis terreis recolligit, & per calorem cum contritione pariter commiscetur.

tur. Et nisi humoris cōmixtio reincrudati utriusq; parētis, corporis uidelicet & Mercurii fieret, infantis nostri siue sulphuris nostri creatio fieri nō potest; & materia amore humoris siue uaporis à corpore procedens, uehementer sicca est & calida; & ideo præ nimia siccitate se nō potest uniformiter dilatare seu continuare absque deperditione suæ substantiæ, & materia etiā ex sūperabundātia caloris in decoctione cōbureretur, & destrueretur substātia sulphuris, nisi ex humore Mercurii qualitates cōtrarias habētis, ex inhumatione reciperet temperamentū. Et sic patet quòd per contrarias qualitates reciproce generetur infantulus noster. Circa igitur illius lapidis generationem quatuor exigūtur scilicet materia cōueniens, ut est sulphur & argentū uiuū, Locus expe-

expediens, id est matrix uel terra quę proprie uas naturæ dicitur formatiuā uirtutē retinens, per spiritū à uase exiēs, quæ proprie matrix uel nutrix appellatur, tanquā naturali sulphuri uirtutem cōferens, & illud pascens. Tertium quòd in generatione lapidis exigitur, est calor naturalis expediens, in loco generationis existens, per moderatum calorem uelut causa efficiens excitatus. Quartum uerò quod est spiritus quintę essentię, corpori uirtutē influēs, & in loco genenerationis regens, ut uirtus frigoris mortificatiua nō suscipiet uirtutē spiritus attrahentis in se uirtutē caloris cœlestis, spiritum ipsum uiuificantē. Et si spiritus deficit in calore, nō erit receptiuus, nec caloris recepti retentiuus. Sic intelligis quomodo corpus infantis ex masculo & fœmina pro-

cedit in actum, qui actus est in eorũ materia in potẽtia. Et sic patet quòd lapis noster assimilatur creationi hominis, cui omnia insunt. Fili notare debes quòd unum documentũ, principium, doctrina & demonstratio, ad aliud: & si uiam huius inuestigationis semel generaliter habueris, gratia Dei infundente spiritum intelligentiæ, ad omnes alias scientias similiter peruenire poteris. Considera ergo quæ dico, & perscrutare in statu gratiæ, quæ in hac operatione sunt necessaria.

Reciproca in principijs materialibus primis est operatio.

SIcut argentum uiuum uirtute & proprietate sua sulphur deuictũ ad se attrahit per conuersionem illius in argentum uiuum: ita sulphur operatione contraria proprietate sua argen-

argentum uiuum deuincere poteſt, & illud conuertere per reductionem eius in ſeipſum. Et hæc reciprocatio fit uirtute alterius digeſtiōis ſcilicet caloris naturalis. Perfectio enim huius digeſtionis eſt, quæ caliditatē habet conformem in quantitate & qualitate calori naturali, per quem eundem confortat ad tranſmutationem alimenti perficiendum, & maximè in hac digeſtione prima. Et hæc medicina abſoluto nomine digeſtiua dicitur, quia in hac digeſtione, digerēs maiorem habet repugnantiam. Et ex his ſcire poteris an terræ corporū debeant coniungi ad inuicem, cùm una confortetur per aliam, & argentum uiuum noſtrum complexionatum ſit alia complexione, & alia natura naturatum, quàm argentum uiuum uulgi, cuius natura eſt remotiſ

ſima à ſulphure noſtro. Et ideo inter ſulphur & argentū uiuum noſtrum nō eſt differentia, quia in genere cōplexiōis naturaliter cōueniunt, licet unum ſit de ratione humidū & alterum ſiccū. Et nos modū huius naturationis latius dicimus in noſtro Teſtamento, ubi de animatiōe Mercurii ad plenū tractauimus. Quia cum argētum uiuum ſit de ſui propria ſubſtantia corporis, neceſſe eſt ut cū eo cōcordet in cōplexiōe, eſſentia, qualitate, & natura. Et qa in habentibus ſymbolū, facilior eſt tranſitus, aderit tibi uelox ſulphuris & lapidis generatio. Cùm ergo corpus ſulphureū ſurſum aſcendere nō poterit, niſi ſpiritus fuerit incorporatus cū eo prius
per minima, infunde primam aquam per uices paulatim, hoc eſt uice poſt uicem, per minima conterēdo & decoquen-

quendo quousq; cōgeletur: igne tamen taliter informato, ut calorē naturalem nō excedat in materia. Cùm aūt aqua fuerit congelata, leuiter cōtinuando ignē siccum & materiā calcinatā in siccitatē moderatā perducendo, ad perficiendā digestionē sequentē, ponat supradicta elemēta ut in trāsmutatione digestiōis, aqueitas argenti uiui sequestret, & resurgat incolume. Sic enim medicina cū circuliatione naturæ artificialiter ~~filia~~ est, facta ex qua prouenit sulphur, quale per ingeniū naturæ digestū est, & ad plenum præparatum, ad decoctionē postea transiens per organa Mercurii, & examinationem eorum artificialiter intrudentium in cauernas funditur corporum: & tandem alteratum uirtute sulphuris naturalis calidi, constringitur & reuertitur in seipsum.

Et

Et ad hoc aduertant præſumptores
alumni, qui aſſerunt abſolutè, quòd
coctum reincrudari non poteſt. Hu-
ius autem proceſſus formam practi-
cando, multoties te reiterare nõ tæ-
deat, conterendo & digerendo cum
igne naturæ, imbibendo aqua Mer-
curii prima, decoquẽdo & leuiter cal-
cinando cum igne excitanti, bene ut
expedit informato, donec de ſua
aqua combiberit, quantum euiden-
tiſsimè uidere poteris per eius uola-
tilitatem, ſi modicum de ipſa ſuper
laminam ignitam fuerit ſuperpoſi-
tum. Hoc em̃ eſt unum de ſignis ſuis
luculentiſsimis. Super omnia aũt ca-
uendum eſt uice poſt uicem, ne ter-
rã imbibas niſi paulatiue hoc eſt per
minima de octauo in octauum diẽ,
cum longa trituratione in furno ſe-
creto, taliter ut uirtus Mercurii uirtu-
tem

tem sulphuris nō apprehēdat: qa debiles sunt in principio sui nutrimenti. Nam si uirtutes Mercurii, uirtutes sulphuris deuicerint per appositionē & multam imbibitionem aquæ, debilitatur sulphur dissolutione sui & fit pelagus conturbationis: & sic calor spiritus hebetatus & mortificatus remanebit absq; utilitate. Et propter hoc tibi notificauimus confortationem & debilitationē eorum in principio huius, & etiam in nostro Testamento. Errorem ergo tuum corrige, si in hoc casu aliqualiter defeceris, quēadmodum dicemus infra in capitulo de uirtutibus & doctrina, quibus corrigitur error. Quia oportet quòd in ista transmutatione uires sulphuris apprehendant uires Mercurii, ut et illas ad se attrahant et in se conuertant. Quia oportet ut spiritus reso-

resolutus per reductionẽ sui cõgeletur in corpus,& cũ ipso fortiter colliget & cõmisceatur per minima ut insensibiles partes corporũ & subtiles uniformiter cum partibus minimis spiritus humidi copulent,& unũ alteri coniungatur. Et cùm hæ partes cõiungunt nunquã separãtur, sicuti nec aqua mixta aquæ. Quia tũc corpora ui spiritus attractiua ad suã propinquiorem naturam post homogeneitatem eorum primã sunt redacta.

De Metallorum homogenitate.

PRima homogeneitas Metallorũ est sperma fœmineum metallorum uel metallicũ, scilicet argentum uiuum nostrum; sed proxima natura est ipsum gelatũ in sulphur ad fixationem. Quia solutio corporis in spiritum est cum cõgelatione spiritus in sulphur; & congelatio spiritus in sulphur,

phur, est cum dissolutione corporis in spiritum, qui spiritus est aqua cõgelata, Et ideo corpora soluta, ad naturã spiritus sunt redacta, & non differunt nisi quod magis fixa sunt ratione corporum quã spiritus uolatilis, & ratione spirituũ magis uolatilia sunt quã fixa corpora. Amore em̃ naturę uterq; eorum agit in socium sibi similẽ. Et ideo qui transmutare uult spiritus metallorũ, laborabit in uanum, nisi prius corpora in talẽ reducat naturam, aut in aliam forma reducantur, quam prius erant. Vnde destructa prima forma corruptionis Mercurii, ut infra latius dicetur, immediate introducitur alia, per trãsmutationẽ Mercurii in sulphur. Sapiens em̃ & studiosus utiliter corrumpere poterit corpora, & nouam sulphuris formã introducere in ills.
Quia

Quia noſtræ operationis intentio non eſt aliud, niſi ut eligatur puriſſima Mercurii ſubſtantia, ad corpora in ſulphur reſoluenda: quia ex illis tantum conſiſtit Elixir. Quia forma argenti uiui in lapidem ſulphureum tranſmutata, mox alia forma introducitur per conuerſionem illius lapidis in Elixir, et hòc cum temperamento humidi et ſicci, quemadmodum declarabimus in fixatione ſequenti. Ex quo patet quòd non poteſt eſſe trãſitus de extremo in extremum, niſi per mediũ. In hac arte medium accipimus ſpiritũ coniunctionis medice inter duas qualitates quæ ſpecie inter ſe diſconueniunt, nõ autem in genere, niſi ſolùm ſecundum maiorẽ uel minorem diſtantiã unius ab altero, quam in decoctionibus ſuſcipiunt tam per artẽ quàm per naturam.

turã. Et ideo ſpecies huius minorem habent ſimilitudinem cum tempera-mẽto, & puncto quod æquidiſtat in-ter extrema, & uirtute quæ ſiſtit in medio extremorũ. Si intellectus tu-us notitiam habet de medio in ſpecie antedicta, conſeruare poteris & reſti-tuere ſanitatẽ omnibus corporibus infirmis, & generationem eorũ mor-tificare om̃ino, ſi educere ſcis mediũ de potentia in actum. Vnde ſpeciem huius medii augere poteris uel mi-nuere, ſi iungere uel diſiungere no-ueris flores arboris & frondes per ſo-lutionem & congelationem, ut tra-didimus in noſtro Teſtamento de multiplicationibus, ſeruatis ſuis cõ-ditionibus. Ad habẽdum ergo & de-ducendum tale medium de potentia in actum, coniunge corpus cum ſpi-ritu, & per illum modum, quem na-

tura requirit, ipſum paulatiuè im-bibendo cum aqua Mercurii, & ſolo igne conterendo decoctione lenta, ut miſceãtur per deſiccationem uni-us & diſſolutionẽ alterius, ut totum unum fiat.

De fixatione.

CVm hoc tibi reuelatur declara-tio dicti Auicennæ præcipientis omnibus electis huius artis, ut inter corpora & ſpiritus fiat amor. Et ſta-tim poſt ſubiungit & docet modũ fa-ciendi cùm dicit, Niſi corpus fuerit ablutum & mundatum ab intus & ex-tra, nunquam recipiet ſpiritus fer-mentales, qui ſunt res perficientes & deducentes illud corpus ad ue-rum temperamentum, et altera re-petitione iterum et iterum perficiẽ-tes. Subiungit altera repetitione ite-rum &c. cum in effectu idem dicat,

fac

fac pacem inter ignem & aquam,& habebis magisterium: hoc est ut corpus deducatur in simplum illud medium aëreum,ut sit quemadmodum spiritus de natura aëris,participantis naturam aquæ & ignis, ita ut ratione suæ simplicitatis per sublimationem quasi in terream ascendat substãtiam tenuissimam et aëream,quæ pars aquæ est permanentis. Sed hoc est impossibile, nisi corpus prius beneficio naturæ decoctionis incorporetur cum spiritu,et fiat totum unum. Tunc uerò uiuum ascendit sursum, secundum maiores uel minores decoctiones et imbibitiones quas habuit in sui dissolutione, quia uniformiter est congelatum cum spiritu congelato, illud quod solutum est de corpore, nec minus quam illud congelatum

eſt de ſpiritu, & fortiter colligatum cum corpore diſſoluto certis & inenodabilib' naturæ uinculis, ita quòd nunquam amplius ab inuicem ſeparabuntur. Expedit igitur & neceſſariũ eſt, ut quantum ſumma uolatilis, ſuperat ſummã fixi, ut cum ea euolet, & attractione naturæ non fixum ſuperius aſcendat & ſublimetur ut ſpiritus. Quapropter illud quod aſcendit de corpore dicimus eſſe ſolutum in ſpiritum, qui factus eſt ſicut punctus in medio unitorum, cõueniens melius cum temperamento, tãquam medium duorum extremorum contrariorum, ratione ſpeciei, & duorũ cõcordantiũ ratione generis. Et ideo dicitur unũ corpus & unus ſpiritus, ac unum medium retinẽs in ſe naturam extremorũ, ſcilicet aquæ & ignis, de ratione medii naturæ inter illa, ut
eſt

est aër. Sic ergo patet artifici q̄ dis-solutio corporis fit cū congelatione spiritus, id est ascēsione sublimationis: & fixio spiritus fit cum dissolutione corporis, ut patet per reductionem eius, quæ fit ex præcipitatione illius super corpus fixum. Propinquior autem causa huius fixionis, est mixtio utriusq; per minima, quemadmodum superius diximus: ita tamen ut summa uolatilis non superet summā fixi corporis, sed uirtus fixi superet sumam spiritus non fixi, ad fixationis intentionem. Ex prædictis secretum totum huius artis recollige, & similiter intētionem Aristotelis qui dicere nō tacuit, quòd lapides fugientes ab igne, suas uirtutes demonstrare nequeunt, nisi cū fixis fuerint mundati, id est coadunati, & artificiosis gummis artis sulphuris na-

naturaliter constricti. Si hoc intelligis fili, habere thesaurum cœli et terræ poteris. Sed opus est ut in principio reductionis huius aquæ, terram non imbibas nisi paulatim, ut gurges non mare sit, ne se in dissolutionē ponat uulgi, et colores spiritus seu uirtutes terræ hebetentur et mortificentur, sed potius per confortationem uiuificentur cum longa trituratione ignea bonæ informationis, ut aqua unum corpus fiat cum terra; nec suspendas te ab opere donec per triturationem et assationem, terra sicca sit et alba. Quia exiccatio cum forti trituratione et assatione terram facit albam. Nec minus tamen adhuc ipsam imbibere debes paulatiuè, et postea calcinare suauiter, ut argenti uiui sequestretur aquositas, sub conseruatione

ne tamen illius, ut sit urina infantis, dissoluens et uiuificans lapidem prætiosum. Cuius quidem urinæ uirtus seu ueneni sublimati, multiplicatur per resolutionem in eadem. Et caue quòd assatio lapidis non sit multum fortis, ne corpus solutum & ad naturam spiritus redactum, ratione suæ sublimitatis & acumine ignis uertatur in fugam & pereat magisterium. Et cùm naturaliter fuerint exiccati, iterum eis uirtutem confortando, ipsum imbibe per ingenium tibi notum, & post decoctionem illud in digestione dimitte: & cùm digestum fuerit & congelatum, conforta per uirtutem eius sequestrãdo superfluam urinã naturalis humidi iam conuersi per assationem naturalẽ. Hoc enim fit ut uirtus sublimationis amplius sui acumine

cum informatione notabili, residuã humiditatem spiritus congelare ualeat, & congelatum per naturam sui retinere. Omnes enim istas operationes reiterabis sine tædio, uice post uicem, per Mercurii incorporamentum, donec terra de aqua sua biberit, quarum manifestabitur per signum supradictum.

De Sublimatione Mercurij & nutrimento per multiplicationem.

FIli operatio huius est sublimatio Mercurii & nutrimentũ uel multiplicatio lapidis in substantia Mercurii: & cùm nutritur aqua, augetur & multiplicat sicut res cæteræ. Quia in nutriendo non modicum assimilatur puerorum eductionibus, quorum uirtus digestiua uel digerens inualida est, nec patitur lac sugere, nisi per minima, donec calor naturalis cũ uir-

uirtute sui multiplicatus sit in eius substantia, & uirtute ualida præmunitus. Et ideo cùm corpus in suæ nutritionis principio sit frigidissimæ uirtutis, ita ut lac uirginis infans epotare nequeat, nisi quantum sua uirtus attrahere ualeat de ratiōe sui, & corpus de dicto nutrimentali humido secundum mensuram suæ qualitatis & uirtutis ipsius retinere poterit. Et si hòc intellexeris, intelliges quare multa quantitas corporis dissoluti, congelari non poterit cū parua quātitate sicci corporis. Et si hòc iterum intellexeris, uelociter pondera intelliges naturę in qualibet imbibitione, quæ quidem à quolibet exercitato, mediantibus signis quæ in qualibet decoctione demonstrantur cognita existūt: quorum uera informatione pręcipitur, ut terram tantā decoquas

imbibendo,quãtum aſſando deficit, ac omni uice poſt calcinationẽ terræ ſuperfunde aquã temperatã ſecundũ pondus notum,aut ſecundũ æſtimationẽ probabiliter ueritati appropinquantẽ,quãtum tibi poſsibile fuerit, nõ multum neq; parũ: quia ſi multũ fuerit,diſſoluetur corpus nõ diſſolutione ſolenni ſed potius uulgi, & ſic mortificabitur in cõturbatione pelagi,& ſi parum fuerit,cõburetur & naturalis calor ſuffocabitur,cum naturã non habeat, in qua materia ſua et proprietas cõtinuari poterit,& à cõbuſtione defendi. Illud uerò quod probabiliter ęſtimationẽ ponderum artificis regulat in approximãdo ueritati, eſt regula artis principiorum demonſtratiuorum, quorum uiſibilibus ſignis intellectualis regulatur doctrina: quia incerta probari ne-

que-

queunt, nisi ex his quæ aliquā habēt certitudinē, ex quibus ars semper debet procedere, cùm circa suam materiam sint certiora. Et hoc ideo, quia ars esse non potest, nisi à certis et determinatis principiis inchoet artifex; et regulare se debet per signa demōstratiua, quæ sunt colores in opere apparentes tam substātiales quàm accidentales, Licet alumnus artis de accidētalibus nō curet, sed solum de substātialibus coloribus, q sunt quatuor: scilicet niger, albus, citrinus et rubeus in qualibet decoctione apparētes, secundum magis et minus, donec cōpletum sit magisteriū. Et cùm uideris corpus tuū in quātitate, pondere et colore augmentatū, tunc noueris substantiā Mercurii mediā, quę causa est albedinis in sulphur esse cōgelatā, per uniformem mixtionē sibi unitam

unitam naturaliter cū corpore actione caloris; quia ſic corpus uniformiter de ſubſtantia ſua exuberata augmentatur per minima,& ratione ſpiritualis nutrimenti creſcit, ita ut in parua quantitate corporis ſit magnæ ſubſtantialis & quātitatis uirtutis ſulphur, quod eſt medicinarum principium ſeminale,& medicinæ creſcentis & multiplicantis cauſa, ac reſtauratiōe de perdita, cum exuberata humiditate nutritura. Quapropter expedit cū corpus ita naturaliter augmentatur & nutritur per conueniēs, humidum, quod iuxta menſurā ſuæ nutritionis ſiue augmentatione maiori imbibas aqua, ſecundum pondera reuelata per artem ad conformitatē principiorum,& quantitatē corporis augmentati, datam. Quia tunc corpus maioris eſt attractiōis,& per con-

consequēs ratione suarū partiū spiritualiū in corpore assatarū & cōgelatarū, maioris uirtutis digerentis existit, & per totū corp⁹ essentialiter & naturaliter per nimiam permixtarū ratione bonæ & perfectæ cōtritionis utriusq;, quibus partibus spiritualibus nutritur corpus, & in purum sulphur redigitur. Et cum maiori quàm prius indigeat alimento, imbibatur & nutriatur secundum mensurā portionis determinatæ, ad conformitatem principiorū & uirtutis uice post uicem, & decoquatur igne lento, naturalem calorem excitante, & nō excedentę, donec ad perfectam perueneris albedinem. Quia tunc uerè calor naturalis se uiriliter defendit ab omni igne extraneo ratiōibus in nostro Testamento expresſsis.

De calcinatione imbibitionis ultimæ.

Cum

CVm aūt ad finem perueneris de-
coctiōis & ultimæ imbibitionis,
c calcina corpus expellendo humidi-
tatē urinalem, quantū dissolutio illi-
us abiiciet suauiter & nō festinanter,
ne corpus dissolutū sit in fumū, & ma
gisteriū deperditū. Hoc aūt reiterare
te non pigeat multis uicibus, quāuis
sit lōgum, quia tincturā non uidebis
proficuā, donec colorē cōpleas albe-
dinis permanentis, quòd secundum
principale est principiū. Hic est color
qui per ignē non uritur, nec intus nec
extra, sed per maiorem decoctionem
ignis, in citrinitatē reducit, quòd est
tertium principale principiū demō-
stratiuū: & demum per successionē &
maioris ignis digestionē, terminat
in rubedinē, quod signum est nume-
ri complentis, & quarti principii de-
monstratiui, quibus alumnus se regu
lari

lari debet in magiſterio. Studeat er-
go artifex & prudenter attendat cùm
in opere fuerit, omnia ſigna demon-
ſtratiua, quæ in qualibet decoctione
apparent; & illa in mente ſua recon-
det & ſapienter eorum cauſas inue-
ſtiget: quia dum terra egreditur ni-
gra, imperfecta eſt, & ideo non com-
pleta. Quacunque ergo uice poſt ui-
cem paulatim & paulatim uigora
ignē in calcinatione, donec ex ignis
fotmatione terra egrediatur alba;
Quia ſicut agens in humido primo
generat nigredinem, ita agens in ſic-
co generat albedinem, & ſucceſsi-
ue in illo albo citrinitatem gene-
rat, ſed cum additione rei tingentis
illud perficitur, quæ nota eſt na-
turæ; & hòc in calcionatione plum-
bi uidetur, quod primo in cinerem
nigrum uertitur, poſt in album,
dein-

deinde in citrinum, et post modum in rubeum. Sic etiam sulphur habebitur album et rubeum ex metallorum materia ad plenũ depurata, diuerso tamen modo sicuti declaratũ est, decocta et digesta. Ideo si dominium humidi in terra fuerit magnũ, et parũ in ea de dominio calidi, certissimè nigredo apparebit in ea. Et si in ea dominium fuerit calidi temperati, et parũ de dominio humidi, ita ut humidum aquæ expulsione taliter, mensurata exhalari poterit. Et si ibidem insit etiam parum de dominio frigidi ad hoc ut post exhalationem humidi aquei, tanquam cõplexionabilis ratione calidi temperati retinere ualeat spirit⁹, certissimè apparebit citrinitas, & exinde apparebit rubedo. Quæ actio, licet frigidati cõueniat, non tamẽ conuenit excellenti, sed

ti,ſed potius ei qui eſt complexionalis quę aſsiſtentiā naturę retinet medicinalis, ne ex ipſa calores fluerent & ſpiritus in ea fixi.

Aqua prius terræ iungitur quàm aër & oleum.

CAuſa tibi reuelatur in hoc paſſu, quare anima non coniungitur cum corpore, niſi ſpiritu mediante: & quare primo aqua in terram figitur, antequam aër uel oleum per reductionem configantur in terrā. Intellige intentū naturæ, ſcilicet quod calor in humido agēs, primò nigredinem generat & fumum: ſed uincens humiditatē, inducit poſtea ſiccitatem in materia in quam agit: & ſic in illa materia inducta ſiccitate, trāſmutationem facit nouam, & colorem generat nouum in generatione ſicci, pulchrum, album ſplendi-

dum & nobilissimum. Si igitur terra non fuerit alba, tere eam cum aqua limpida, & iterato calcina: q Azoth, id est aqua & ignis, latonẽ, id est terram abluũt, & obscuritatem ab ea auferunt: quia præparatio terrę semper fit cum aqua: & qualis fuerit claritas aquæ, talis erit claritas terræ. Et quãto magis fuerit abluta, tantò magis erit alba, eò quòd humidum calidũ congelaturum, dum rectificatum fuerit cum humido aqueo urinali magis se habet ad albedinem, quàm sicum ad nigredinem. Et ideo quando quantitas humidi congelati & sublimati, quantitatem obtinebit corporis, albedo magis generatur in materia quàm alius color, ratione sui proprii humidi depurati: eò quòd in humido semper est natura perspicui. Et hæc est propria materia coloris. Et ideo

ideo quantum magis terra noſtra in tali humido abluitur,tātò magis albificatur:& quantò magis tale humidum depuratur,ſubtiliatur & præparatur,tantò plus colore limpidiore, ſubtiliori & magis ſereno multiplicatur. Et ſimiliter à contrario ſenſu, quātum noſtrum nutrimentale humidum minus præparatur,& à gradu ſublimationis magis remittitur, tantò plus proportionatur nigredini & combuſtioni. Et quanto magis approximatur combuſtioni, dummodo in ea ſit dominium callidi,tāto magis erit fumus, caligo & denigratio.Perſcrutare hęc ergo fili chariſsime,& alia quæ dico: & præpara elementa ut ſint à ſordibus munda, et à combuſtione tuta,donec earum ſumatur tinctura. Quia ſi comburantur,effectu et commodo priuantur.

tur. Ex his recolligere potes elemẽtorum præparationem fieri debere ante coniunctionem, ut eorum melioretur tinctura ab omni corruptione seruata.

De uirtutibus quibus corrigitur error per instrumenta propria.

DIcimus autem quòd uirtus est primum & particulare operatiõis principium in materia propria. Primum diximus ad differẽtiam argenti uiui nostri, quod est proximũ & immediatum operationis principium, ut dissoluens aut congelans. Particulare diximus ad differentiam corporis cõtinuati, quod est uniuersale principium operationis sulphuris, ut est congelans uel dissoluens. Ideo non uolumus quòd ab essentia, distincta sint genera uirtutum, sed solum ab operationibus proximis,

et earum origine quam habẽt in materia. Quantum uerò ad considerationem operationum proximarum unum est genus uirtutum, scilicet operatio illa naturalis, cuius operatione principaliter saluatur natura, et perficitur tam species quàm indiuiduum. Et huius duo sunt genera: quia quædam sunt quibus ministrãtur, et illæ ministratiuæ uocantur. Quædã uerò sunt ministrantes uirtutes naturales, quibus generatiua, augmentatiua et nutritiua ministrãtur. Generatiua quidem illa est quæ ad hoc operatur, ut corpus procreetur simile, quòd fit dupliciter, uel per longam et successiuam operationẽ, quæ fit per minima: uel per promptam et breuem transformationem repentinam, quæ fit absque eo quod sensibiliter aut uisibiliter per sua trã-

ſeat media. Et ſunt huius generatiuæ opera duo. Primum opus generatiuæ eſt in matrice uel terra quæ uas philoſophiæ dicitur, in quo uirtus naturæ diffunditur: & nihil aliud eſt quàm immutare materiam generationis: & hoc eſt ſecundum qualitatem & ſubſtantiam, prout ſulphuris diſpoſitio generando exhibet, ueluti fumoſos uapores ipſius ingroſſare humectando, & argētum uiuum deſiccare congelando, & materiam mediam quæ propinqua eſt naturæ ſulphuris retinendo. Hanc partem generatiuæ, nutritiuam hic appellare uolumus, cuius duæ ſunt differentiæ. Vna eſt principium paſsionis in ſubſtantia, cuius ratione multa & diuerſa procedunt inſtrumenta à materia, ut ſunt colores, & accidentia & ſimilia. Alia uerò differentia actiua dicitur,

tur, quæ agit motum constrictionis & dilatationis in materia Mercuriali, in qua facit suã impulsionem & habituationem uel inspirationem, licet quandoq; iuuari poterit per constitutionem exteriorum, sicuti est cibus, qui nisi per artificium comminutus fuerit & bene masticatus, naturam sui corporis ualde defraudat. Et ideo ex prima institutione naturæ habetur, quòd cibus prius perfecte cõminuatur dentibus ad hoc deputatis, antequam ad locum digestionis transmittatur. Et ideo quia constrictio exarcetur & dilatatur animali uirtute, licet antiqui improprie eã illi assimilauerint.

De secundo opere generatiuæ, quæ est in fornace & uirtute informante.

ALiud quidem opus est generatiuæ in fornace & uirtute informante:

mante; & iſta eſt duplex. Quia una eſt intrinſeca, & naturaliter eſt in materia innata per naturam, per quam immediate materia trãſmutatur metalli. Alia eſt extinſeca, & iſta dependet ab artifice, in quantum materiam præparat & diſponit per artificium naturæ, ſecundum exigentiam uirtutis informatiuæ quæ eſt in materia. Propter quòd dicimus quòd Alchymiſta non eſt niſi ſimplex adminiſtrator naturæ; quia ipſe non tranſmutat metallum ſed natura; ipſe uerò per artificium materiam præparat; & ſic ipſa natura quæ ſagax eſt & ſapiens, artificium peragit. Sufficit igitur artifici ſapienter diſponere & informare materiam extinſecus, ſecundum uires naturæ cum ipſa ſufficienter per ſe operetur intrinſecus ad ſui perfectionẽ. Motus ſiquidem

ſui

ſui ipſius adhærentes ſibi, ſunt uiæ uni,et ordini uni,meliori et certiori modo quæ excogitari poterit, ſicuti patet in incæratione cuiuſlibet generati. Propter quòd patet quod tardamentũ et pręparamẽtum eſſe debet in magiſterio philoſophorum. Tardamẽtum ut natura motus præterire nõ poſſet. Præparamentum ratione informationis,quã materia per artificem recipit ab extra,ut interius natura motus eius integret. Quamobrem conueniens eſt ut uirtus caloris excitantis, uirtutem caloris naturalis excitati non excedat, alioqui motus non integrabit, ſed ad alia tranſient quæ non ſunt de uirtute huius naturæ,aut informationis,cuius notitiam ſuperius per ſigna dedimus demonſtratiua. Qui autem principia huius artis ignorat,informationem mate-

riæ neceſſario habet ignorare: quare experimentatorem huius artis ad plenum oportet cognoſcere uires,& illis mediantibus firmiter adhærere principiis iam dictis, maximè cùm ſufficiens ſit natura tibi & ſibi, in omnibus quibus ad ſui perfectionem indiget. Quia ipſa ſagax eſt ſollicita in contritione, continuatione & incæratione ſui corporis, cuius ſollicitudinis non eſt finis. Vnde certum habet tempus ad impraegnandum, ad pariendum, ad nutriendum, & ad operandum. Cùm terram habueris imprægnatam, expecta partum: cùm uerò terra peperit nutri eam, donec omnem ignem tollerare poterit. Tunc de ipſo proiectionem facere poteris.

Quid ſit informare & quot ſint informationis opera.

Ex

EX his poteſt ſenſus rationabiliter cognoſcere, ꝗ opus informare nihil aliud eſt quā debitā & naturalem formā ſulphuri uel lapidi, & poſtea Elixiri & medicinæ tribuere. Cuius uirtutis informatiuæ in genere tot ſunt opera, quod ad formationē ſulphuris uel lapidis poſſunt eſſe neceſſaria, aut ſunt de facto in quantum dependent à uirtute formatiua quæ eſt in materia ſeu in ſenſu uiſus, ſcilicet figura quæ ſub diuerſis coloribus oſtenditur, antequam ad perfectionem perueniat meatus, uel ſpongioſitas, gracilitas, leuitas, aſperitas & lenitas. Sed in guſtu ſunt duo, ſcilicet amaritudo & dulcedo. In odore duo aut tria ſunt, ſcilicet fœditas, inſipiditas, uel quaſi fragrantiæ uel redolentiæ magnæ. Sed hoc ultimum eſt in Elixiri uel

lapide

pide noſtro. Neceſſe igitur eſt, licet eliciatur lapis à natura duorum luminarium, antequam de eo Elixir fiat perfectum, ulterius digeratur, et ſulphuris ſalſedines auferantur, quæ à menſtruali ſexu primæ originis in eo conuenerunt: et poſtea fermentis ſuis complete albis uel rubeis decoquatur, quouſq; fixum ſit, et liquefactum adminiſtratione incærationis naturalis. Sed opera informationis extrinſecæ, quæ immediate procedũt à notitia practicæ, ſunt tot quot iam diximus, & dicturi ſumus, licet exercitatus poſsit illa ſi intelligens eſt ualde abbreuiare, uel etiam elongare. Et nos de illa benedicta nigredine à paucis cognita, benignum ſpiritũ egredi affectãtes, pugnam ignis uincentem & non ſuperatum, licet ſenſibus multotiens corporis palpauimus,

mus, & oculis propriis uidimus, extractionis tamen ipsius notitiam nō habentes quacunq; scientiarum uel arte, sentientes nos adhuc aliqua rusticitate suffultos, nullo modo eam plenè comprehēdere ualuimus, donec alius spiritus prophetiæ, spirans à patre luminum descendit, tanquam suos nullatenus deserens, aut in sibi postulandis deficiens, qui nobis in somnis uigilantibus tantam claritatem oculis mentis nostræ infulsit, ut illū intus & extra remota figura gratis reuelare dignatus est, insatiabili bonitate nos reficiendo, demonstrās ut ad eam implēdam disponeremus corpus ad unam naturalem decoctionem secretam, quam penitus ordine retrogrado cum pungenti lancea, tota eius natura protinus in mœram nigredinem uisibiliter sit dissoluta: 114. 92:4.

luta:

luta: cuius modum expreſſe tradidimus in præſenti uolumine per excerpta, ut de more ſuſcepimus antiquorũ, cum cælare fuerimus coacti loca, in qbus ea poſuimus. Nos ſacra pandimus illis, qui Dei ſecreta decenter ſeruando honorant: cùm ſolius Dei ſit reuelare ea, homo diuinę maieſtati ſubtrahere nititur, cũ talia ſoli Deo pertinẽtia uulgat, ſpiritu prolationis humanæ aut literarũ ſerie. Propterea operationẽ illam habere nõ poteris, quouſq; ſpirituali prius fueris diuinitatis meritis cõprobatus. Tradidimus nihilominus practicã certã ex ſecretis illis extractã, pręcepto naturæ opificis: per quem ad finẽ illius peruenire poteris humida ſublimãdo. Ad ſpiritũ igitur illũ ſana mẽte & deuotis laudibus in ſtatu gratiæ reſonãdo recurre, ut operationẽ tibi aperiat,

riat,quā manifeſtabimus in fine noſtri cōpendii. Et in tali perſeuerātia ſi perſtiteris, poſt unū ſecretū tibi reuelabit aliud iuxta mercedē liberaminis gratiæ gratis datę. Diſſolutionē illam ſecretā infra nouē dies mediocriter intellectā perfice,cū nō fiat tranſitus de prima ad tertiam,niſi per illam quę media eſt inter hanc & illā. Quia hoc ſecretū à nemine mortali reuelandū eſt, præterquam ab almo ſpiritu, qui ubi uult ſpirat, inſpiret. Proinde informatiua ſulphuris uel Elixiris certo linearum cōcurſu proprietatis, ut perforata quandoq;,quādoq; aſpera,& quādoq; leuia,tamē cū adiutorio exterioris uirtutis intrinſecā informātis,quę ab artificis ingenio neceſſe eſt ꝓuenire,pręſertim cū per illā uirtutē directū motū acquirat ad formandū quæſitū, informans

natu-

naturaliter informata in materia.

De augmentatiua & de exuberatione Mercurij per resolutionem indiuiduorum.

AVgmentatiua est illa quæ uel sulphuris aut lapidis per medicinæ quantitatem naturaliter perducitur ad illum terminum, ad quem indiuidua peruenire possunt. Et in isto passu exuberatio Mercurii,& ad quid prodest, quæ per resolutionem perficitur sub cōseruatione proprietatis. Qui ergo proprietates indiuiduales ignorat, proprium regimen corporis & eius exuberationē ignorabit. Quia augmentatiua proprietas cū suis uirtutibus indiuiduis existit sulphuris & argenti uiui:& ideo cum indiuidua sulphuris per minima sint cum indiuiduis argenti uiui soluta,scilicet per reductionem illorum in argentum uiuum, exuberatur

tur illud proprietatibus permixtis ſub alteratione notabili in ſpiritum & formam argēti uiui noſtri. Et cùm tale argentum uiuum à proprietate ſui ſulphuris exuberatũ, iterum per contrariam ſui operationem in lapidem reducitur, proprietas ſulphuris ingreſſa in argentum uiuum ratione exuberationis & amore attractionis, cum auxilio proprietatis illius quę in ſicco ſulphuris, remanſit aſsiduo ut augmentatiua. Et quàm diu hæc uirtus operatur in lapide ſemper deperditio amplius reſtauratur ex talis argenti uiui ſubſtantia exuberata, quæ ci eſt ut lactis ferculum in infante, & magis proprium quàm alimentum in animalibus, & ideo ad quantitatem deuenit maiorē. Propter quòd amplius uirtus paſcitiua fuit appellata, Et illud ideo, quia ſicut paſtus

ſatiatiuus ex lacte eſt à media Mercu-
rii ſubſtantia exuberata ſublimatio-
ne ad cōformitatem qualitatum ſul-
phuris, lapidem refectionis oſtendit:
in quibus intuens propriis oculis ui-
dere poteſt manifeſtè in ſuis enutri-
tionibus. Alii autem appellauerunt
ipſam uirtutem nutritiuam, & hoc
quam diu lapis creſcit reſtauratione
deperditi. Sed quia cibus ſibi propi-
natus introducit ueluti paſcens, ideo
paſtatum merito nuncupatur; ex ſe
tamen ſolummodo reparat quantū
deperditum eſt in proprium ſulphur
uel minus, cuius propria operatio
eſt alimentum ſiue Mercurium ex-
uberatum in ſulphuris ſubſtantiam
aſsimulatione perfecta tranſmutare
albi uel rubei cum igneitate ſimpli-
ci non urenti: de cuius ſubſtantia au-
rum uel argentum ſubtus terrā fue-
rat

rat procreatum. Et per hunc actum asſimilationis ſeruit augmentatiuæ. Et quia hæc deperditio multam ambit latitudinem, & hæc latitudo terminum continet infinitum quod eſt continens in natura creata quantitatis perficientis magnitudinis & augmenti multorum lapidum metallorum ſuper quantitatem finitam. Et iterum cæratiuum multitudinis & augmenti cunctorum animalium & uegetabilium eſſet infinitum, ſi mũdus nunquam ei deficeret. Quia cõtinuè operatur in augmentatione ſui quàm diu ei durare poteſt informatiua uirtus exterius data per quemlibet qui fuerit alumnus in arte. Memoriæ cõmendandum eſt quòd ſpeciei indiuidua, quæ ex parte ſexus fœminei educuntur, niſi ſemen cũ ſpermate in matricem ad generationem

introducũtur; nec ulterius ualet materiale principiũ aliud quàm miſceri illud quod primo radicali humido exiſtit colligatum. Cauſa huius eſt, qa materia ſpermatica mulieris pro maiori parte magis & potius remanet paſsiua, & in radicale humidum nequit tranſmutari: eò quòd nõ ſunt ſimiles ſicuti ſunt illa quæ per totum unius ſunt eſſentiæ; quemadmodum ſunt metalla in ſe. Natura uerò ultra quã perfecta, ſpecies requirit per ſolam infuſionem, & ſi abundat in materia, diſsimilitudo propriæ ſpeciei ſequitur, ut monſtrum ſit duorũ capitum uel trium: & hòc ratione diſsimilitudinis partium à partibus differentium. Metallorum genera uniuerſa unius ſunt eſſentiæ, & hæc materialis eſſentia purum eſt argentum uiuum hermaphroditũ, & naturam

in

in se possidet uniformem. Constat quòd pars addita parti & totum ad integrãdum partem uice post uicem per minima, absque dissimulatione partium radicalium, congelare ualet in sulphuris substantiam. Et hæc est sulphuris substantia media, qua certa & naturali proprietate tenuissemus spiritus ille retinetur, cùm sit de natura sua; uirtute cuius amoris copulæ, infrangibili preuilegio in rectam se fusionem constituit. Et maxima in arte dicitur propositio subsequens: quanto minoris fuerint feces quantitatis, tanto maioris exuberantiæ sublimationis Mercurii necesse est esse. Et hoc ideo, quia per causam mediam, tota cognoscitur illius substantia pura & radicalis in complemento conuertenda quantitatis naturæ. Expertum & sollicitũ te esse

morum & mediorum, donec per girum explete fuerint ad plenum reuoluta, & insuper addiscat qualiter in lac exuberatum substantia menstrui in uasis & mannulla sit retenta: deinde in substantiam fœtus uehitur, & ad extremum propter complementum solenniter in mulieribus sublimatur. Sagax in arte non est qui nutriendo lapidem cum continua succeſsione lapidis, aquam facere ad partem ignorat, unde exuberationem Mercurii tempore formationis illius cum exuberata tam substantia conficere debeat. Si hæc intelligis, euidenter tibi patet multiplicationis cōplementū. Fac ergo ex substātia illius, informatione superius data attenta, ascendere fumum, & erit in uapore sublimatus. Hanc sublimationem uocamus exuberationē,

 ratio-

ratione bonæ mixtionis & ſubtilis, quã partes rationabiliter mixtæ ſuſcipiunt ex preſenti eorum decoctione. Sed complementum earum partium exuberatarum ſublimatio eſt, cùm in ſulphuris ſubſtantiam à ſubſtantia aquea fugitiua ſeparata ſunt congelatæ, uirtute & acumine ſulphuris, opus eſt ne per retentionem illius reductiuè fixionis & proiectionis totam eius ſubſtantiam mediam fugitiuam faciat.

Quatuor ſunt naturales uirtutes, quæ tribus ſeruiunt prædictis: ſcilicet attractiua, elementatiua, retentiua & expulſiua.

VIrtutes naturales quæ prædictis tribus ſeruiunt & miniſtrantur ſunt quatuor: uidelicet attractiua per quam ſubſtantia lapidis de Mercurio attrahit id quo in artificio indiget, & hoc

hoc per uirtutem elementatiuam, implere cupiens uacuum. Retentiua uirtus est quæ retinet ratione uacui appetentis. Elementatiua potentia & digestiua retentum transmutat ab una dispositione in aliam, ut argentum uiuum in substantiam sulphuris coagulantis: & postea aliud argentum uiuum ad hoc ratione uegetatiuitatis uel quasi: cuius uirtus ex igne prouenit occulto in fixa argenti uiui substantia. Et hic est ignis naturæ absconditæ filiis ueritatis reuelatus. Per quem ignem tantùm facere poterunt in una die, quantùm calor Solis in mineris efficit in mille annis: quia sicuti glutinum uituli uel agni sua proprietate lac coagulat in caseum, ita iste ignis per absconditam uirtutem naturæ congelat Mercurium per magisterium. Expulsiua

est illa per quā natura expellit quòd ei non conuenit. In hoc passu attenti & solliciti sint huius artis & totius medicinæ artifices, ut quæcunq; facienda præparent ad uolitum & beneplacitum naturæ, cum ipsa sit sufficiens attrahere quòd suæ naturæ est cōueniens, & alienum reicere, ut auxiliatrix principalis in fine suę perfectionis. Scire etiam te oportet in cōplementa tuæ correctionis erroris, quòd uirtutes prædictæ, quātum ad originem quā ab elementis elementatis contrahunt dupliciter differūt. Quia quædam illarum sunt innatę, & quædam influentes. Innatæ uirtutes illæ sunt, quæ proprie sunt elementorum lapidis & elementatorū. Dicitur aūt innata uirt⁹ uniuscuiusq; elementi, pro tanto quia nō inhæret illi ex influētia alterius elementi, ut post

illo-

illorũ diuisionẽ aut effectum, in quo oſtendit propria uirtus minima non adhærere, niſi ex propriis & intrinſecis generatione ſui principiis. Influẽtes aũt dicuntur uirtutes q̃ ab aliquo alio elemẽto fermẽtato, uel à plurib⁹ eorũ deriuãtur. Ex quo clarè tibi patere poterit ꝙ unũ quodq; elementũ elementatũ, lapidis innata uirtute tm̃ regitur, uel uirtute innata & influẽte ſimul. Sed in reductionibus coniunctionũ, iam alteratorũ mixibilium propriè demonſtrat unam ſufficere artiſtę hui⁹ magiſterii, nec oberit auferre aliud. qa illa elementa elemẽtata ſolũ ab innatis regunt uirtutibus, q̃ à principiis deſcenderũt ſenſibilibus, ad quorũ meatus nondum uenerũt. Sed ab innatis & influẽtibus regũtur uirtutibus, quæ aliquo meatu ſenſibili emanationes recipiunt ab illis.

Quibus instrumentis prædictæ uirtutes operationes suas perficiant.

NEcessario scire habet artifex in magisterio & cognoscere quibus instrumentis præfatæ uirtutes operationes suas perficiant in elementis elementatis, ad hoc ut peccata operationem rectè corrigere ualeat, & etiam perfectiones conseruare. Illa ergo instrumenta quibus immediate uirtutes operationes suas producunt, & in elementis elementatis perficiunt, sunt in composito & complexo: unde uis & uirtus localem motum exercens per se, utitur compositione immediate. Et licet nō insit talis uirtus localem motum exercens, tamen in ea uirtus est motum exercens immobilem secundū locum. Et licet primo & principaliter insit ibi motus immobilis, tamen est

est secundum locum. Secundo modo & posterius, motus inest ei quidem in attractione alimenti. Quia sicuti probatum est in libris de animalibus, nutrimentum mouetur ad partes eius quòd nutritur, sicuti locatum mouetur ad locum. Sed hæc attractio quantùm ad locum ad quē alimentum attrahitur, est uis terræ, quæ est in concauo suo aëre plena, exuberatum, ad se humorem attrahens, licet forma alimenti per digestiuum calorem ei dati, cibum misceat cum terra. Etiam uis terrei elemēti trahit ad se alimentum, sicut locus trahit locatum, sic nutrimētum eius quod nutritur, intra ipsius spongiositatem receptum. Ex quo de necessitate oportet, quod talis uirtus utatur secundo, sine posterius compositione. Cæteræ aūt uirtutes utuntur

imme-

immediate complexione; & etiam prædicta, quæ non exercet motum secundum locum; & hòc in quatuor naturalibus ministrantibus certius artifex experitur. Naturalis tum complexio terræ lapidis, quia particeps est caliditatis, quantum sibi sufficit attrahere potest. Quia uerò particeps siccitatis, quantum sufficit potest retinere. Quia uero, humiditatis expellere: quia uerò caliditatis & humiditatis, digerere. Et sic fit quòd una qualitas, ex diuersis qualitatibus composita, fit principium unum operationum diuersarum; uidelicet in complexione Elixiris. Cui quidem qualitati siue principio, calor etiam naturalis & spiritus fluentes instrumentaliter seruiunt. Quamuis tamen etiam in lapide formato, non sit nisi

una

una qualitas actualis, uel in Elixere composito, uel adhuc in terra depopulata, uidelicet complexio qua omnes naturales uirtutes eius, suas operationes perficiũt. Veruntamen quisque sagax artifex, in hoc magisterio, quatuor esse determinatas, considerare debet. Non quia sic terra lapidis, uel ipse lapis aut medicina realiter informetur, scilicet determinate cum una qualitas instrumentalis in terra, uel sulphure, uel Elixiri, ex diuersis insimul mixtis componi sit necesse, ut sit proprium instrumentum cum quo perficiuntur actiones. Sed quia sic exigit forma practicalis in opere practicandi, ut sciat artis alumnus, quòd labilitas uel lapsus cuiuscunque uirtutis naturalis, siue in terra, siue in lapide, siue in Elixire, qualita-

tibus

tibus determinate alterantibus propriis, recte corrigitur. Ita quãdo peccat retentiua in actione sua, tunc determinate sufficit exiccare, quantùm & quando prædictorum quodlibet indiget suo loco. Verùm cùm retentiua confortatur per desiccationem & exhalationem humidi, tũc expulsiua debilitatur in sicco: & cum retẽtione illius, confortatur in humido, & hòc per aggregationem humoris aquei scilet Mercurii, cuius natura sufficienter exuberatur cum uapore corporis, de quo exiccatur. Idcirco si expulsiua debilitatur in corpore uel lapide, confortabis illam, humectando determinate cum aqua propria. Si uerò digestiua in aliquo defecerit, & maximè in ultimis reductionibus, succurrere ei confortando eam per modum quem tradidimus

in

in tractatu de Cõſideratione Alchymicorũ, ſcilicet calefaciendo & humectando cum calore ſpirituali, donec recuperauerit uirtutem perfectè digerendi. Similiter peccante attractiua, ſufficit calefacere & moderate deſiccare. Proinde intelligẽs hoc magiſterium atq; practicans, debet etiam uirtutes lapidis operari cum eis, & non lapis inferri ab eis. Ad notitiam uerò certitudinis menſuræ uirtutum cuiuſlibet prædictarum habendam, generaliter obſeruare debet quiſq; naturalis in magiſterio, quòd uelocitas atq; frequentia, uel etiam uehementia cuiuſcunque naturalis actionis, eam qualitatem ſignificat in complexione dominari, per quam actio illa maximè perficitur. Sicut poteſt certitudinaliter per elementorum cuiuſlibet actionem in aliud.

O Exem-

Exemplum uelocitas digestionis ue-
lut in igne spirituali mediocriter
uiscose, caliditati attestatur: & mo-
deratæ humiditati Fortitudo autem
attractionis, caliditati & moderatæ
siccitati. Proinde præparamus eius
subiectū humiditate propria ad mē-
surā attractionis. Retentio uerò at-
testatur dominio siccitatis. Expulsio
humiditatis dominio. Ex his uerò pa
tebūt utiq; rationes, propter quas na-
turalis artifex notare debet oēs qua-
tuor qualitates cōplexionales acti-
uas, uel operatiuas seu effectiuas.
Quarū una est, quòd sit principium
actiuū naturaliū operationū in quo-
libet corpore, tanquam instrumenta
uirtutis. Alia uerò est, quia per se fa-
ciunt immutationes uel alterationes
in corpore quolibet. Nam siccitas &
humiditas, ita benè secundum natu-
ram

ram corpus alterant faciendo impressione in eo, sicut & reliquæ duæ, licet non ita cito aut fortiter. Considerare uerò has secundum quòd ad inuicem se habent. In transmutationibus philosophicis, solius est naturalis.

Partus uerò terræ fit per uiã sublimationis inuentæ. Cùm igitur terra conceperit & biberit de aqua Mercurii, quantùm cognoscere poteris per eius uolatilitatem, & spoliationem secum à substantia purissima alba, per iam dictas reductiones mũdaueris à sulphureitate corrumpenti non fixa: protinus eius materiam sublima, cum fortiore igne quo poteris, donec ascendat ad modum albissimi pulueris uel foliorum Lunæ aut talchi splendidi, cuius maior pars est argenti uiui quantitas, quam sul-

phuris corporũ. Et ideo ſubita igni-tione, ſpiritus unitus per minima, corpora ſecũ eleuat in fuga ſulphu-ris. Cũ autem uideris materiam ter-ræ puriſsimam ſurſum eleuatam, & tanquam rem mortuam aludel ſpõ-dilibus adhærere, tunc ſublimationẽ ſuper eam reitera, ſine fecibus infe-rius remanentibus: quoniam pars il-lius fixa cùm fecibus adhæreret, & tũc per aliquod ingenium, ab illis ſepara-re nõ poſſet aliquis. Illud uerò quod in ſuperficie aludel, tam à fecibus, quàm à ſua ſubſtantia media fuerit ſublimatum ad modum ſubtiliſsimi pulueris, aduſtionem cũ corruptio-ne inducit: licet pro maiori parte in præfocatione uaporis, tempore con-ceptionis uel reductionis, ſcilicet in calcinationibus, quod ſubtilius eſt & magis intenſum, à puro uapore euo-

let

let altius fuliginosum,& à fixiōis retentionis substantia separatur; cùm non sit de argenti uiui substātia, neq; de perfectione illius. Residuum uerò quòd sublimatū est à fecibus, est pars illa quæ ita æqualitate consistit, quòd simplicē fixionem super ignē facit sine adustione aliquali, tanquā onus & fundamentum totius magisterii. Est enim subtilis substantia media Mercurii, ex qua nostra conficitur medicina, quæ ex argenti uiui materia ducit originem, & ex illa debet creari immediate. Tu alienum noli introducere aliquid; nisi illud quod ortum sit ex eo in propinquitate suæ naturæ. Et in isto passu realiter ostenditur doctrinæ filio, quod materia de qua componimus medicinā, non est argentum uiuum in natura sua, cùm iam mutatum sit in sulphur.

Nec in tota ſua ſubſtantia, cùm iam partes extremę fuerint ſeparatę ab illa medicina. Imo eſt lapis benedictus & ſpiritus participās duabus extremitatibus. Veruntamē quia lapis factus ſit de ſua ſubſtātia media, uocatur ſimpliciter argētum uiuū, quia ſuū ſulphur illuminat, & ab aduſtiōe cōſeruat, quòd eſt ſibi propriū ſignū uelut cauſa perfectionis. Fac ergo agnitionē inter clarū & limpidū eius, quoniā illud quod immediate aſcendit ſuper fecibus, adhærens aſcēſione menſurata, uocatur cinis à cinere extractus, uel à concauo illius ſublimatus & honorat⁹. Quòd uerò remanet in parte inferiori ſcilicet in fundo aludelli, eſt inferior cinis, uituperat⁹, dānatus, fex, ſcoria & nigredo obſcura, qua nullaten⁹ indiges in magiſterio. Collige ergo cautè ꝙ in medio ſublimatum

maturn inueneris, ne fugiat in fumũ: quoniam illud eſt approbatum, quę≈ ſitum, bonum, melius, optimum, ter≈ ra alba foliata, coagulans ut coagu- lum agni, coagulatũ, cinis cinerum, lapis & Mercurius, arſenicum & ſul≈ phur album, & ſal naturæ proximũ, ac infans generatus & natus & alumẽ noſtrũ, & genus, & prima & proxima materia metallorũ, & primũ ſubie- ctũ in quo ſua elemẽta propria eiuſ- dem ſcilicet natura naturata, humida & tẽperata, quæ debet reduci atq; figi in & cum igne ſuo, per modũ nutri- menti, donec fluat cũ ſuo fermento ſicut cæra ſine fumo, & oẽm patiatur ignem. Operare ergo cũ eo ad argẽ- tum, & cito incipias magiſterium ne inueteraſcat ſine comeſtione quoniã aſſumere eũ non debes niſi recenter poſt partũ cũ ſanguine ſuo, ut natura

uenerabilis quę ex labilitatis uiolentia fuit debilitata, laſſata, & à ſuo tẽperamento diſtracta uel elongata, confortetur cum ſuis fermẽtis albis, quouſq; ad melius ſit temperamentum propinquum. Cuius ſignũ erit tunc quando fluet per minimũ ignẽ, ſcilicet ante argenti uiui fugam:& inſuper augmentatum ad ultimũ ſtans & penitus profundans, tingẽs & perſeuerans.

Cùm autem ad Elixir rubeum,naturalem ignem dico uiſibilem,in colore ſuo habere uolueris pro ſulphure rubeo,hòc facias per tertiam coniunctionem,tertiam pręgnationem, & tertium partũ.Fac ergo maſculum aſcendere ſupra mulierem cãdidam, ut generet filium ſibi ſimilem. Naturaliter enim deſiderat pater multiplicare ſpeciem ſuam in filium,ut na

turam

uram quam non poteſt ſeruare in ſe
uſtodiat in ſua prole. Et ideo ad ge-
ierationem illius oportet quòd trãſ-
undat de ſua propria ſubſtãtia. Hu-
ius uerò pater eſt Sol, & Luna mater
d eorum primam ſimplicem mate-
iam redacta, Argentum quoq; uiuũ
n cuius naturam ſunt redacta, & me-
lium gignens naturam coniunctio-
iis illorum: quia cum argentum ui-
ium cum argento uiuo cõiungitur,
iunquam amplius ſeparantur, ſicut
iec aqua mixta aquæ. Coniunge er-
go ſperma maſculinum, ſcilicet ſul-
phur rubeum abſconſum & ſolutum
n aqua, cum ſpermate fœminino ſu-
perius collecto ad modum ſulphu-
ris albi, per modum cõtritionis, im-
bibitionis, & lentæ decoctionis, do-
nec in aquam rubeam diſſoluatur, &
totum fiat unum uerìſsimæ mixtio-
O 5 nis.

nis, Cúmq; uerò diſſolutum fuerit & unum quidem factum, per modum reductionis congeletur. Coagulatũ, iterum ſolue in aquam, & iterato cõgela in lapidem per modum ſuperius oſtenſum. Tertio uerò ipſum in aquã diſſolue & decoque, donec totũ fiat rubeum. Fili non enim ſubtiliat, qui non coniungit per minima. Nec ille qui deſiccat priuſquam imbibat, nequit coniungere per minima. Imbibe ergo totum & deſicca, & fiat puluis tenuiſsimus ſcilicet ſolutus, non in aquã nubis, ſed in aquam ſanguinis & Mercurialẽ. Deinde adminiſtra ſibi ignem fortiſsimum, ut ſeparetur ſubſtãtia alba nõ tincta, & reſiduum deauretur, tingatur, digeratur, coaptetur & rubificet. Quòd uerò in ſimilitudinem pulueris ſubtiliſsimi aſcenderit ſurſum, eſt ſul-

phur

phur ſublimatum albiſsimũ. Quòd autem in fundo manet deorſum, eſt ſulphur & Elixir ad aurum. Et in iſto paſſu manifeſtamus philoſophos uerùm dixiſſe, quòd ignari & ruſtici tenent pro impoſsibili. Et nos ſimiliter obuiati fuimus hoc abſolute non credere longæuis temporibus, donec in fine uidimus & manualiter probauimus, ſcilicet quòd unus eſt lapis, una medicina, una materia, una diſpoſitio, unũ opus, ac unũ uas ad album & ad rubeum ſulphur, ſimul & ſemel faciendum. Quanquam omnes huius artis inueſtigatores uidẽtes prædictam albedinem in uaſe apparentem, aſtare credant in illa rubedinem occultatã eſſe. Nõ enim oportet te fili, ſi totum ſulphur album in rubeũ conuertere uolueris, albedinem prædictam extrahere per ſubli-

ſublimationem à rubedine, ſed ſolū coquere cum igne lapidis, donec totum fuerit rubeum atq; fixum, & nihil de eo in ſulphur album ualeat ſublimari, quod erit ſignum completæ decoctionis. Caueas tamen in modo faciendi & intelligendi effectum facientis ſcilicet ignis rubificātis. Nam ſecūdum quòd uirtus ignis lapidis exiſtens in ſemine Solis, uincit uirtutem aëris puri in ſemine Lunæ, ſulphur album purum erit ſimile Soli in rubedine & etiam in pondere. Sic enim pater generat ſuum filium in ſpermate mulieris, ita ut per filium ſpiret ſpiritum, quo tingimus tinctura inſeparabili, cùm amor ſit utriuſq; atq; nexus, qui per filium ſuum ſulphur rubeum à patre procedit, ad omne imperfectum perficiendum, ut puta in Solificum uerum.

Et

Et ex hoc tibi reuelatur, quòd perfe-ctio circularis relucet in magisterio cum cōplemento lapidis: quo me-diante per sequentem operationem facimus Elixir completum.

DE QVARTO ET VLTIMO PRACTICALI PRINCI-pio: in quo determinatur de potentia secundæ reductionis aquæ quæ traditur cum intentione figendi, & corporis abluendi, vt totum sit fermen-tum.

Incipit Quartum practicale principium.

INtentio huius quarti & ultimi pra-cticalis principii, est figere album sulphur & rubeum, super corpus fi-xum: ut si album sulphur figatur su-per argētum, & sulphur rubeum su-per aurum. Quoniam qui argentum uiuum à corporibus extractum & in sulphur conuersum, non coagulat in

in sulphur album fixum ignem pati-
ens, per additionē illius cum argēto,
nullam certè uiam exigit ad albedi-
nem. Et qui ipsum argentū uiuum in
sulphur albū mutatū, non coagulat
in sulphur rubeum fixum ignē pati-
ens, pro certo nullam uiam exigit ad
rubedinem. Fili cauere debes cùm
fueris in coniunctione ista; quia sine
fermento, nunquam exibit Sol neq;
Luna. Et illud ideo, quia locus cer-
tus & determinatus generat locatum
certum & determinatum, per pro-
prietates suas. Quamobrem reuela-
mus tibi, quod natura omnium cō-
plexionalorum, siue plantæ fuerint,
siue animalia, siue mineralia, uergit
ad naturam complexionis loci gene-
rationis ipsorum. Cōiunge ergo sul-
phur cum corpore, de quo fuit præ-
paratū ab initio, ut generet sibi simi-
le &

le & fiat Elixir totũ quod coniungis. Omne illud coniungitur cũ eo quòd suæ naturæ est, alienum uerò respuit igni exponens. Cùm igitur coniunxeris eũ cum suo corpore, nunquam desinet in illud agere, donec totum conuertat. Nam sicut humidum per primam reductionem induratur, cõmiscendo uaporabiliter cum uapore terreo & præfocatur, ut fiat sulphur simile terræ, quæ est matrix sua uel nutrix, sic & illud sulphur per secundam reductionem illius, in propriam naturam metalli conuertitur, & in naturam fermenti, per proprietatem sui additamenti liberè permittatur. Propterea quãdo uolueris fermẽtare, misce sulphur cum corpore, ut totum sit fermentum. Quoniam fermentum redigit sulphur nostrum ad suam naturam

colo-

colorem & ſaporem per omnẽ mo-
dũ. Non tamen putes hanc coniun-
ctionẽ, propriam fermentationẽ me
dixiſſe, ſed quãdam; in quantũ redu-
cit lapidẽ ad appropriamentũ tẽpe-
ramenti cuiuſdam, & corpus ſimpli-
ciatur ac præparatur ad modũ pul-
ueris calcinati, ſoluti & indurati atq;
fixi, ad reſumendum fermẽtum pro-
prium quod dicimus oleum. Sit aũt
fermentum ad album, album: & ad
rubeum, rubeum. Si uerò poſueris
uel præparaueris corpus argẽti, cum
ſulphure auri: reducetur in naturam
argenti, ſed non ad illius colorem, &
econtra, & erit turbatio naturarũ in
magiſterio. Caueas ergo tibi ne po-
nas fermẽtum uel corpus unius ſul-
phuris, cum ſulphure alterius. Quia
fermentum auri, nihil niſi ſuum ſul-
phur rubeum in aurum conuertit.
Nec

Nec fermētum argenti, nisi sulphur suum album, in argentum. Quia illud nūquam potest figere, quod naturaliter fixum non est, nec fuit. Hoc igitur erit proprium sulphuris ferculum in hoc regimine. Ipsum enim modo indiget nutriri, maiori & fortiori cibo. Quapropter in sui fixione administratur ei de corpore fixo & non fixo in cibum, quem sua uirtute potenter digerit, subtiliat & ad naturam sublimem conuertit, & seipsum attractione illius in fermentum naturaliter, & per minima, in uerum temperamentum constituit, in forma pulueris sicci. Quod patet, quia si modicum sulphuris proiiciatur super multum corporis, ita tamen ut super illud habeat potentiam, conuertet ipsum cito in puluerem, cuius color erit sicut color corporis super

quod proiicitur sulphur. Fili non est autem hoc corpus fermentum, licet fuerit argenti purissimi substantia, sed est in genere participans cum eo, quia exiuit ex eo, & iterum per minima, seruata sui medii natura, reducetur in illud. Animæ enim sunt fermenta, olea, unguenta, aurum & argentnm nostrum. Igitur appropria corpus fermenti ante fermentationem, scilicet antequam animæ coniungantur cum eo. Quia certum est quod anima non coniungitur nisi in spiritu: nec spiritus cum corpore, nisi prius fuerit subtile & simplex ad modum spiritus. Vnde uersus.

Hæc res est actu, dum fit puluis sine tactu.
Simplex, corrosus, subtilis, erit pretiosus.

ET illud ideo, quia cùm ſit ſubtile ut ſpiritus, amplectitur ſpiritum & retinet animam. Ergo fiat de corpore puluis calcinatus, ſolutus, induratus, dealbatus & illuminatus: ut ſit ſpiritus cũ quo anima præcipue coniungetur. Niſi enim corpus perfectè ſimplicietur per ablutionem & illuminetur, non poterit ſpiritum fermentalem retinere, quin in fugam conſtituat ſe. Inquantum ergo corpus tuum alleuias ipſum ſublimando cum mixtione ſublimati ſpiritus, erit fixioris retentionis animarum, & tardioris fugæ. Nec minus toties lucraberis in proiectione 100. partes. Vt ſi primo conuertit 100. ſecundo conuertit 1000. tertio 10000. quarto 100000. quinto 1000000. et ſic proſequendo multiplicationem per milia infinita. Quia quanto

magis huius operis reiteratione re-
gimen aſsiduatur ſuper medicinam,
tantò meliùs digeritur, unitur, & fi-
gitur, & perfectius operatur. Perſeue-
ra ergo fili, & uidebis mirabilia, qua-
lia Deus poſuit ſua bonitate in natu-
ra. Si quis diſcendi horum gratia, ali-
quo fortunio aſtans in opere fuerit
ſagax & prouidens, quam plurima,
imo multa & maxima uidendo, du-
pliciter poterit adipiſci. Multa enim
ſigna poſſunt uideri in opere, qualia
prouidens ſecretè debet in mente ſua
retinere & recondere, & aſsidue cau-
ſas eorum proprie inueſtigare, ſi ue-
ritatis amator cupit exiſtere, & uerus
effugator mundanorum utentium
fallaciis, ac fugiens: & inſuper redar-
guens quotidiana opera ſophiſtarũ,
per ea quæ uidebit aut uiſus fuerit uel
perceptus clara notitia in magiſte-
rio,

rio. Si uerò stultus adfuerit & quia à sapientia refugit, nihil mundi uidere poterit, ceca mente & spiritu considerationis obnubilato & denigrato, quòd ualeat: nec de ferculo exuberãtissimæ refectionis assaporare uel solo odoratu sentire. Cùm per illud pateat, tributorem omnium bonorum tanquam à grano summæ ueritatis ciecto, ut indignus suis demeritis, præsens donum noluisse largiri.

De modo præparationis secundi ferculi uel fermẽti cum sulphure, & congelatione Mercurij & illuminatione uel ablutione ac fixatione totius compositi per reductionem illius in calcem.

Fili nos appellamus corpus Lunare ad album, sicut est creatũ à natura, proprie fermẽtum, ratione suæ naturæ temperatæ. Et uocamus sulphur nostrum, uenenum pestiferũ,

ratione labilitatis suæ et elongatio-
nis suæ à temperamento: propter
quod omnia corrodit et comedit, cũ
cauda propria quæ est aqua. Cúm er-
go uolumus ipsum reducere ad tem-
peramentum, coniungimus eum
cum corpore temperato, ut per con-
fortationem illius, deducatur ad
temperamentum, et quòd corpus
administret sibi de suo temperamẽ-
to, ut totum fiat fermentum. Nam
sulphur multum elongatum est seu
distractum à temperamento, ratio-
ne ignis participantis cum illo, qui
est contra naturam. Et ideo igno-
rantes indigentiam naturæ, putaue-
runt hoc fermentum præparari de-
bere cum nouo menstruo in quo
est ignis contra naturam, non ui-
dentes perditionem temperamen-
ti à quo corpus recedit per ignem
uren-

urentem, qui est contra naturam: nec præmeditātes uirtutes & potentias ignis naturalis existentis in sulphure iam creato sine ignitione adurente, qua corpus fermenti promptius sub conseruatione naturæ temperatæ transmutatur modica reincrudatione in calore sicut spiritus, ut sit proprium & appropriatum ad resumendum naturam suam fermentalem scilicet animam, & ultra quam nunc perdidit in presenti calore, ut per talem attractionem temperamenti, totum in naturam fermenti conuertatur. Fili corpus fermenti modicum reincrudatur per sulphur nostrum, scilicet in quantum ad se sentit de igne non naturali: & decoquit argentum uiuum, in quantum est magis participans cum igne naturali, & mortifi-

tificat coagulando, & in suæ rectitu-
dinis naturam conuertit. Nō tamen
reincrudatur fermentū tantum, quā-
tum si foret coniunctum (quod ab-
sit) cum igne qui est cōtra naturam:
cum calor naturalis potius operetur
in ipso seipsum confortando, quàm
innaturalis. Si uerò fermentum præ-
paretur cum tali menstruo nouo, sci-
licet simile illi cum quo corpus pri-
mū fuit ab initio coniunctū pro sul-
phure creādo: tunc oporteret ipsum
transire per tantam reincrudationē,
per quantam & lapis: & per conse-
quēs per tantas digestiones & depu-
ratiōes. Et insuper oporteret ipsum
tantum amittere de natura sua con-
fortanti & confortatiua per labilita-
tem sui à uero temperamento, ratio-
ne principii, scilicet noui menstrui
remoti ab omni temperamento, nec
unquam

unquam approximāti ad illud in toto uel in parte, nisi hoc fuerit per naturam remissisimo modo: ut patet per suam uenenositatem, et qualitatem non confractam simplicis elementi ignei non adurentis, et potētis uirtutes temperatas, nisi paulatiue confortetur per cōfracta menstrua, ut patet in sulphure nostro. Et sic si fermentum tantum amisisset de natura sua sicut et lapis, non posset eūdem confortare, quin imo ipsummet indigeret tali confortatione sicut & sulphur, ratione similis labilitatis à temperamento. Et sic non esset fermentum nomine aut uirtute, cū non assumserit fermenti præparatorium, nec per consequens debilitatum ualeret confortare, nec facere quod expedit proprietati boni fermenti, cū non sit præparatū rebus appropriatis,

tis, quibus præpari debet appropria-te. Fili aduerte in hac lectione regali, quoniam res cum quibus teneris fermentum præparare scientificè, sunt illæ quæ tam in parte deductæ, quam in parte ulterius deducendæ sunt, ad uiā temperamenti, & tenent de natura temperata in radice suę naturæ, ut sulphur nostrum & argentum uiuum nostrum iam creata. Illa quidem sunt principia naturalia appropriata, et propria præparatoria nostri regalis fermenti et cōiunctoria, ut ipsum fermentum reducat ea per confortationem, scilicet exuberantissimam refectionem ad temperamentum et naturam sui. Attende tu ueritatis amator et comprehensibilis ad ea quę dixi, quibus euidenter cognoscere potes, quod fermentum scilicet corpus, inquantum intelligi-

tur

tur pro fermento, nunquã præparatur nisi cũ igne naturali et aqua Mercurii mediocriter cocti et sublimati, ut ipse ignis digerẽdo materiam metalli iuxta uires et propositum suæ naturæ, deducatur ad temperamentum perfectum, et hoc per humidũ sibi connaturale, quod fermento radicalius inest. Item et in præparatione fermenti ante ultimam sui fermẽtationem apponimus Mercuriũ uulgi, nõ tamen solemni præparatione præparatum scilicet in lac uirgineũ, sed prout existit in natura sua per solam qualitatem. Postea nauabimus sublimationem ad hoc ut reducat corpus fermenti in simplicitatem, et sit medium coniungendi tincturas. Inter sulphur et fermentum, cùm sit radix et fermentũ omnium liquabiliũ quæ non liquãtur nisi per ipsum:

et ideo à natura illius liquabilia fu-
gere nequeunt, et hòc ut constrictũ
gelatum atq; fixum in calore, sub-
mergatur in oleo suo, quod in iam
dicta sui fictione post aquæ sublima-
tionem recipiendum est, cum inten-
tione restituendi sibi quousq; fluat &
sit fixum. Propter hoc enim amal-
gamari debet corpus cum spiritu, id
est argentum uiuum, ut subtilietur,
donec fiat unum corpus mollissimũ,
ad instar argenti uiui spissi non cur-
rentis, uelut pasta metallina in effi-
gie. Hoc enim erit secundum fercu-
lum, cum quo habet nutriri sulphur,
donec ualeat tollerare omnem ignẽ.
Idcirco ad hoc faciendũ per iam di-
ctam intentionem, Incipe nostrum
fermẽtationis magisterium & com-
posionem Elixiris cum sulphure &
argento uiuo nostro; ita ut tria pon-
dera

dera Lunæ puræ in foliis tenuissimis, aut limatæ, sumantur: & cum duplo sui ponderis de Mercurio albo uulgari præparato uniformiter misceatur, totum terendo in simul in mortario uitreo, cuius pistellus sit ex eodem, quousq; Mercurius totum combiberit argentum: ita quod nullo modo sentiatur de eodem, sed fiat amalgama. Post cum aceto distillato & sale communi præparato & trito, fortiter abluatur, fricando sine timore cum iam dicto pistello, donec uideris acetum inde exire clarum atque purũ: & semper auferatur quod ex eo ad partem separatur de nigredine in lauatione. Cum autem acetum clarum exierit, ablue compositum separando salem cum aqua dulci per alembicum distillata, & illud ad ignem desicca.

De

De coniunctione sulphuris cum fermento.

POstmodum uerò coniunge illi unum pōdus supradicti sulphuris congelati & sublimati ad album, scilicet quartā partem totius cōpositi, & tere insimul totum in mortario uitreo, ut sulphur misceatur cum cōposito, & fiat quasi corpus unū in effigie. Hòc enim est quòd facit uisibiliter animas à corporibus resoluere.

De reductione aquæ supra compositum.

ILlud ergò imbibe per minima cū aqua sua alba in uase philosophiæ, ut in corpus uirtutes sulphuris consortentur: nam in paucis horis fiet totum pasta.

De prima sublimatione huius massæ.

DEinde mitte totū ad sublimandum, in principio subtus faciēdo ignem lentum donec receperis aquam, & postea aërem. Quoniā quę suble-

ſubleuantur & euolant aquæ & aëris per rationem ſibi nomina appropriant. Et quod grauius & ſtabilius ad ima reſidet, per ipſius pōderoſitatem ſibi nomen terrę uſurpat. Nec minus quoq; ſulphura congelata, terræ nomen ſibi aſſumūt. Vigora igitur ignē paulatim de carbonibus, donec ſublimetur quicquid ex ipſo fuerit uolatiuum & permitte infrigidari.

De ſecunda incæratione aquæ alterius.

CVm autem fuerit infrigidatum extrahe opus: & quod ad latera uaſis ſuperius eleuatum uideris, cum alia parte aquæ ſuæ repones ſuper feces ſuas, cum contritione, imbibitione & aſſatione, quouſq; fiat ut paſta: & remitte ad ſublimandum, primò recipiens aquam, & poſtea oleum in ſublimatione forti. Has aūt aquas pone ad partem, & olea ſimiliter per ſe.

De

De tertia inceratione rei incerandæ cum aqua prædicta.

POstmodum uerò iterato quod sublimatum fuerit cum altera parte suæ aquæ, reduc super feces terendo ut prædixi, imbibēdo & assando quousq; sit sicut pasta, et corpus cum spiritibus sit commixtū: et iterum mitte ad sublimandum ut supra dictum est, recipiēdo aquam et oleū. Hoc autem reitera quousq; de aqua ad duplum sulphuris fuerit perfectè rotata.

De quarta inceratione per uiam reductionis congelationis & subtiliationis.

ADhuc uerò sumatur quod sublimatum est ad latera sublimatorii: et cum una parte aquæ suæ, quę exinde extitit distillata coniunge cū fecibus, et hoc per modū reductionis, donec aqua congeletur. Deinde uigora

uigora ignē paulatim donec bene desiccetur: & postea superleuet ex illo quicq̄d fuerit uolatile. Ordinē huius capituli te reiterare nō tædiat, conterendo, imbibendo, assando, & sublimando, ac semper ignē uigorando, donec ad sulphuris duplū cum terra figatur de aqua iam rotata cū uiscositate fermenti, & nihil penitus sublimetur ab ipsa terra. Et semper repone quod superius ascendit super id quod inferius remanet fixum, quousq; per talem præcipitationis modū figatur deorsum. Verū nullum sulphur prōptius argētum uiuum cōgelat, quàm suum proprium: in cuius substantia ipsummet argentū uiuū extitit, tam naturæ quā artis ingenio iam cōuersum. Et ideo cū sit fixū, id est, habeat naturā fixandi, & coagulans coagulū quod naturaliter coagulat suū Mercuri

curium,& hòc per frequentē reiterationē sublimatiōis super ipsum,quousq; sit fixū & in terream substantiā iam mutatū. Tunc enim est aptum ut per successiuam illius iterata uice sublimationē,fusionē metallicā præbeat, uelut consequēter dicemus. Nā pro certo maxima & firma unio fit inter siccū & humidū, per istas tales operationes,quæ ferè similes sunt illis, quas natura in opere mixtionis suæ facit,ut postea humiditas nō ualeat relinquere terram suā, imo eam protegat & ab adustione defendat, quia est de natura sua,& cum hoc bene mixta; ita quod minimum terrei sulphurati,est cū hoc minimo aquei argēti uiui,& ecōtra.Et plurimū unius cum plurimo alterius. Sic quod neutrum à suis partib⁹ homogeneis in posterum separatur, nec ulterius per-

permittat ſe corrũpi,cũ per ingreſ-
ſionẽ furioſæ flammæ, ſe in fumũ ul-
terius nõ patiaẽ eleuari propter par-
tes cõdenſas per ignẽ inſpiſſatas cõ-
poſitiõis fortiſsimæ & uniformis na-
turę,ac aduſtionis carentiã:& hoc to-
tum per ſulphureitatẽ quã habet nõ
corrumpentẽ perficitur, Argentũ er-
go uiuũ in regimine fixionis cũ pri-
mo per ignẽ incipit conuerti, ad ſpe-
ciem efficitur glanduloſum, ratione
ſulphuris penetrãtis ubiq; ſuam ſub-
ſtantiã; & poſtea incipit cruſtari pau
latim & inſpiſſari, & deinde conuerti
ſulphuris uirtute degerẽtis ipſum,ta-
liter quòd non ſinit eum in toto diſ-
fluere,ſed quaſi per globulos conſta-
re:eo quod iã in eo uapor ſulphuris
depurati apprehendit ſubtile, & tan-
quam glutiendo ligatum tenet hu-
midum,& terminat ipſum in tantum
 quod

quod nõ permittit eum adhærere alii quã sibi, cũ sit de natura sua. Et ideo cum humidũ sit ubiq; extra seipsum cõstrictum & terminatũ, & illud humidũ educat suũ propriũ siccũ terreum, constringẽs eum ut sulphureũ in uentro suo, necesse est illud per calorẽ fluere, & fluxum currere in plana superficie, donec frigido cogente redire humorẽ ad interiora congelat cõstanti terreo prædicto. Ex qbus patet nõ esse nisi unũ lapidẽ, qui argẽtum uiuũ habet necessario cogelare.

De ultima fermentatione lapidis cum nostro fermento, quæ fit per tertiam reductionem aëris superius rotati.

FIli hoc fermentum est ultimum cõfortamentum lapidis, & cibus regalis, in quo insunt uirtutes cœlestes & elementales, qbus confortant illæ quæ in uasis naturæ artificialiter præ-

præparati existunt uel remanserunt, in sui radicabilitate Nā cum uirtutes sulphuris & argēti uiui subtilibus circulationum ingeniis, confectorum quæ insunt eorum medicinæ radicabiliter, elementales & cœlestes confortant per illas scilicet uirtutes, quæ in præsenti regali ferculo in actu spiritualium elementorum existunt, ut res quinta: & hòc ad proportionem metalli superi⁹ positi in fixiōis principio, & etiam lapidis, per quem argentum uiuum intenditur notabiliter effici. Tunc pro certo uidebis naturam illius mirabiliter operari cum omnibus suis instrumentis, scilicet quādo uirtutes supradictæ in unum, per artis ingenium fuerint circulatione ultima coniunctæ.

De circulatione ultima quæ fuit inuenta.

Circulatio ista fuit inuenta post alios circulos circulatos, ut lapis noster in quo ceteri circuli sunt rotati frigidi elementaliter: qui fusionē propterea non habet in corpore ex priuatione suæ naturę liquefacientis ipsum, ad alterationē cum incærati-one facienda in radice naturę lapidis fusibilis, mollificetur cum humiditate iam dicta, quæ super omnes humiditates est expectās ignē quousq; fluat, & ingressionē habeat. Fili antequam hoc uolueris attētare, oportet te primò de necessitate rectè & formaliter intelligere, quales circulos & quomodo elementa ac qualia & quādo debeant per instinctum naturæ, eosdem circulariter circulare, & quibus & quantis modis, & quot circuli generaliter existunt. Vltimum tamen ad satisfaciendum responsioni ulti-

ultimæ quæstionis per modum informationis scilicet documētalis artifici traditæ: Dicimus ꝙ licet plures extiterint, quatuor uidelicet in minori numero comparatione plurium ad duos, tātum habendo respectū ad siccum & humidū, quę postea reducuntur uniuersaliter in unū. Ex quo eleganter dixerunt philosophi, quod opus magnum non est nisi solutio & congelatio, sed ista fiunt per uiā circulorum, ignorantia quorum plures magnates in literatura fuerunt decepti in magisterio, credentes notabiliter cum confidentia eorū scientiæ, formam intelligere dictorum, & circulandi modum, ex quibus nos fore unum læthaliter uulneratum non cælare intendimus.
Cum sola præsumptione & temeritate, scientiæ alterius naturam

firmiter intelligere credebamus, idē ullo modo nec intellexeram⁹, donec tempus adfuit, in quo ſpiritus nō immediate ſed mediate per M. Arnoldū de Villa noua, qui immediate ſua largitate immēſa reficiēter inſpirauit in nobis. Etenim multipharie multisq; modis rotarū circulationibus, circulauimus, reſumēdo uegetabile, cuius opus nuſquam abſolutè patuit minerale, donec propriis gubernatoribus pullulauit, qbus natura uera cōſtringit ſub cōſeruatione ac ſucceſsiua cōfortatione uirtutū illius in magiſterio. Circa quòd loqui perminime, aſtrictus uinculis tibi non audeo cū lingua propria ut ſolebā fauorabiliter in hoc paſſu, quanquā reuelādi licentiā acceptauerimus, dono cōſtrictus ſolito uidelicet alienatæ linguę, Et ideo quia natura generalis na-

turæ

turæ particularis admixtos possidet circulos,& diuersos multis ambitibus ad indiffinitas uirtutũ probationes ostendẽdas, expedit cunctis inquisitorib⁹ ueritatis, & incumbit maximè practicantibus tam prudenter illos circulos exquisitè cognoscere, ne de ignotis incautè cõsiderãtes,per ipsos sicut & nos læthaliter uulnerẽtur. Ad quorum cognitionẽ uti recolui arte demonstratiua & infallibili, ut per certitudinẽ cognoscantur qui & quales sunt, tãtummodo in cursu, naturæ mineralis circumamictæ generali prędicta,ne uagans animus per opinionum nebulas,incidat in errorem aut tepeat in conflictu. Nam semper in agilibus cognitio sterilis reperitur tunc, quando non sequitur rectum opus. Quapropter nos ad tantum recoluisse meminimus extendere uerã

artem per unũ capitulum, ſub totius ſecreti comprehenſione, quod tibi præſtabimus mutuo tantum, in fine noſtri Compendii, ſub reſtitutione coram iudice generali, quo mox ad practicæ aſsiduationem cogimur, & ob hoc cupimus excitari.

De modo fermentationis rerum cerandarum per uiam confortamenti, & naturæ ſpiritus.

DIcimus ergo quòd modus ceræ tionis eſt, ut totiens ſuper lapidem reuertatur partis humidæ reſeruatæ ſublimatio, donec in ipſum cũ humiditate propria, ſcilicet radicaliter manente atque fixa, quæ nunquã deſeruit ſuum corpus mixtione circulata, fuſionem rectam præſtet. Nec putes hanc humiditatem eſſe primam, ſicut erat cum tota ſui ſubſtantia craſſa ſpiſſa & indigeſta ut oleum

oleum uel adeps pinguosus, quoniam faceret lapidem cremabilem seu combustibilem. Nec ita parum fore secundam, quia phlegmatica est, nec generat uel augere potest, quantum est de natura sui, nisi solũ humectat lapidis partes illas uaporabiliter, in suis digestionibus deserendo, ne & substantiam mediam in toto faciat fugitiuã, cum de sui proprietate non sit sustinere ignitionem neq; fusionem, quin cõtingat ex toto recedere cum tota substantia supradicta. Sed tertiam radicalẽ fore proposito conferendam à primæ tamen uisceribus eradicatam scilicet & extractam cum magisterio. Et hęc est illa secũda unctuositas quæ erat intrinseca, multum subtilis, non cremabilis, continens admixtũ scilicet subtile terreũ, deductũ ad actum igneũ uel aëreum

fortiter digeſtum, quòd retinetur in radicib⁹ rei taliter, quòd amplius per ignem nullo modo poteſt euelli, ſeu in flammã defici. Quinimo ignẽ mirabiliter patitur & nõ crematur. Ideo ſi mixta fuerit toti ſubſtantia lapidis ipſius, ignẽ ſuperabit, nec unquã ſuperabit ab eo, niſi per iteratã deſtructionẽ ſuę ſubſtãtię cum natura ſua. Ex quo tibi præcipitur, quòd cũ iſta humiditate ſcilicet permanente, quę ſimiliter ex argẽto uiuo ſumpſit originẽ, noſtrum imbibas lapidẽ quoniam per illam partes eius conſtant clariſsimæ, ut patet, quãdo poſt illius perfectam mundationẽ ab omni re corrumpente, & maximè ab humoribus duobus ſuperfluis, ſcilicet pinguinoſo aduſtibili, & phlegmatico euaporabili, redigitur in propriã ſulphuris ſubſtantiam non urentem: & ſine

sine illa nunquam emendatur, nutritur, augetur nec multiplicatur.

De modo practicandi & indulcorandi lapidem cum humiditate nota.

IN modo enim faciendi lapidis huius indulcorationem, est ordo tripartitus, & etiā bipartitus. Quia aut per reiterationē solutionē & coagulationum, aut sublimationum, uel ex utroq; fixio & recta fusio perficitur. Ille uerò qui per regimen solutionū, efficetur sine ignitione, ad instar naturæ, rectè dirigitur sine uasis periculo fractionis. Qui autē per sublimationis regimen intenditur gubernari, tunc prudētia artificis nusquā debet omittere periculum protestari. Quamobrem ratione modi præcipitatiōis, citius figitur, sed tardius funditur. In cuius cōplementum recurrendo ad primum scilicet ordinē, re-

gimen

gimē tertium ex utroq; mixtum, scilicet cum ignitione & sine ignitione sagaciter est inuentum. Idcirco sumatur lapis, & terendo illum imbibe in suo uase, imbibitione per minima scilicet per uices, factas etiā ad modum roris cum una & dimidia parte sui. Postea decoque cum igne leui, donec pars illa fuerit in lapidis substantiam cōgelata. Postmodum uigora ignem de carbonibus paulatim & paulatim, donec sublimetur ex eo quicquid resolutum fuerit, tam de aqua sulphuris sicca, quam argenti uiui humida.

De secunda roratione ad indulcorandum seu mollificandum.

TVnc iterum quod sublimatum extiterit, reduc super feces suas terendo & imbibendo cum dicto spiritu, qui magis in humiditate exuberanter

ranter abundat; & hoc iterata imbibitione rorida, decoctione, sublimatione & congelatione, & sublimatione cum ignibus suis succesiuis, & diligenter continuatis, donec per continuam sublimationum reiterationem spirituum non flammabilium super illas & continuum motum, totum figatur deorsum.

De ultimis digestionibus opteticis.

CVm autem fixum fuerit secundum proportionem ignis sibi appropriati cum moderatione, tunc sub eo ignem facias fortē, bene continuatum per diem naturalem. Secundo uerò die naturali, fortiorem; sed & tertio die naturali, fortisismū, prout est ignis fusionis uel quasi. Per primum uerò continuatur materia, & spiritus domatur, ac partes illius digerūtur, & ab humido primæ

ori-

originis emendant. Nec minus quoque per ſiccum diffunditur, & eorũ malitia cõfringitur, ac crudum decoquitur, ut ignẽ fortiorẽ ſcilicet ſecundum ualeat tollerare, per quẽ aër manifeſtabitur actu in materia fluente. Sed per tertium recipit medicina potentiam ad actum quẽ agere debet. Nam oportet materiã metalli, à ſuo phlegmate fortiter depurare, & crudum coquere per ignẽ opteticum. Non quod intelligas ſecundum naturã animalium corporum ſeu plantarum, cùm ſint humidioris naturæ, quàm materia metallorum: ut patet ex hoc quòd natura mineraliũ, quã plurimũ ſicca reperitur, ratione cuius eſt de ſui proprietate tollerare ignẽ. Propter quòd debes intelligere hòc fieri in arte, ſecundum rationẽ ſubiectorum, quẽadmodum natura

cura exterius manifeſtat digerat ergo medicina, ut humidũ terminetur in ea, & ſit fixũ, ut ſtet: ne ſeparetur à metallo dũ ingreſſum in eo fuerit cũ alteratione. Verũ oportet ſicut dictũ eſt, ut radicalis humor imbibatur à ſuiſmet partibus rei, ex q̃bus maiores uirtutes, ut puta confortatiuæ, tam elementales quam cœleſtes eſſentialiter & corporaliter, rerum conſtant. Cuius exempli gratia certificamus nos uidiſſe argentum uiuum fixum, ac fluens in ueram fuſionem metallicam, & feciſſe cum magiſterio, ſine additione ulla rei extraneæ. Sic igitur talis decoctio optetica, optimam facit commixtionẽ in medicina noſtra, ſicut euidenter apparet in elixationibus eius: Quia cùm aër proſequatur aquam, tunc auis fuga detenta immediate perit.

De ultimo confortamento post fixionem perfectam.

HOc autem confortamẽtum per modũ ultimæ incærationis supplemus medicinæ quandoq;,& quandoq; non. Cuius causa est, quia cum ignis opteticus sibi ad ultimum suæ fixionis præbeatur, aut est in gradu fixo, ut absolute posset ignem optecticum tollerare, aut non. Si est in gradu fixo cum tota sui humiditate, nec aliquid de illo posit amittere, quin insit ibi iuxta pondus datum: tunc nulla recta fusio anticipabitur per aliquod diminutum, nec per consequens est ultima incæratione incæranda. Si uerò ad conformitatem uel æqualitatẽ fixionis dictæ, iuxta mensuram ignis optetici, nondum adinuenire cõtigerit: aut hoc erit ratione malæ informationis ignis, quæ nimia festi-

festinatione necesse est euenire, aut macritudine spiritus, in quo phlegma dominatur, superat uirtutes humidi radicalis, propter defectũ exuberationis. Per primam uerò natura eradicata suos spiritus resumere nequiuit in cõfortãdo seipsam: quia festinata motus proprios cõplere non potuit. Et ideo spiritus thesaurisantes de necessitate fugere decuit defectu retentiuæ alienis motibus occupatæ, uidelicet in conseruando illos quos assumserat contra ignem præliando, cũ de more naturæ fuerit cõseruare in specie indiuidua sua. Per secundã uerò, nec potuit natura superfluũ in sui alimentum cõuertere quòd nũquam fuit de natura sua. Et ideo cũ loco spiritus uelut uerus cibus, credat humidũ phlegmaticũ assumere, ratione minimi saporis illius

ſcilicet ſpiritus quem in ſe continet; nõ tamen in radice naturę ſuæ ipſum poteſt amicabiliter colligere, quin ſuperfluũ recedere habeat per ignem opteticum. Et quod eſt deterius, cum maiori parte ſubſtãtiæ mediæ, cedit & deficit, niſi adhibeatur ignis adminiſtratio talis, quæ augmentando ei ſecundum exigentiam ſui tollerabilitatis, ex illo ſuperfluam humiditatem tollat, cum conſeruatione illius in igne proprio. Cũ uerò contigerit defici, poroſam reddet medicinã diuerſiſsimæ fuſionis; cuius cauſa eſt defectus humiditatis naturalis, quam radicitus natura appetit colligare, ad ſua indiuidua protegẽda cõtra ignis pugnam. Et ideo fuit inuentus ſuccurſus ſupplendo & corrigendo errores prædictos per ultimum cõfortamentum; ut quod de non fixo recedit

cedit igne optetico, per incærationē infra scriptam naturaliter restaure- tur, donec fluat uirtute nō fixi quod fixum est, & ingressum habeat in cō- plementum suæ naturæ.

De modo faciendi ultimam incerationem.

SVmatur ergo de lamina cristal- lina, quam in fundo uasis fixam reperies, quantùm uolueris; & illam in crucibulo tenui super leuē ignem incæratione ultima cum aëre suo al- bo prædicto, guttando super ipsam guttam post guttam cum sagaci- tate & prouidentia diligenter respi- ciendo, donec fundatur sicut cæra si- ne fumo. Tunc de illa aliquid su- me, & super laminam ignitam pone. Si uerò conspexeris eam uelocissimè resoluere quasi cæra, tunc satis est cę- rata in radice naturæ suæ. Si autem adhuc non uideris citissimè liquefa-

ctionis signum, reitera super eam cęrationem dicta, donec fundatur sicut cæra sine fumo. Deinde fac proiectionē per illum modum per quem medicina requirit, & explicauimus in nostro Testamento, Quoniam Elixir est completum, & inappræciabile pręrium, ac thesaurus incomparabilis, conuertens omne in infinitum Lunificum uerum.

De compositione Elixiris rubei ad rubeum, per traditionem generalis doctrinæ.

CVm ergo uolueris facere Elixir ad rubeum, doctrinam faciendi Elixir ad album resumes in exemplum. Nam hic modum faciendi repetere non oportet nisi solum pro quolibet elemento albo, elementum apponas rubeum. Quoniam in Elixire ad rubeum apponitur ignis ulterius, qui totum rubificat. Et est ultimum

timum

timum ſecretum in natura, & ſublimatur ut ſpiritus. Pondera uerò elementorum ſunt, quòd apponas duo pondera terræ, & tria aquæ, de aëre totidem, & unum pondus & dimidiũ de ſulphure rubeo. Primò enim ponas terram, quia participat cum fermento. Secũdò ponet aquã & ignem: ſed ignis per aquã figitur, ſicut aqua per terram.

De forma circulorum & totius ſecreti, per quod reuelatur totius operis intentio.

TOtum aũt ſecretũ & modus operandi, in rotatione elemẽtorum conſiſtit. Verũ niſi circulus naturæ, proprie prius perfectè cognoueris, illorum circulationis notitiã intelligere non poteris. Quoniã ignorãtia teget te tenebroſo uelamine formã rotandi ad inſtar naturæ, & circulan-

dimodum. Vides ergo quòd naturæ nõ attrahit nisi modicũ, nec conuertit; & hòc secundum Mercurii quãtitatẽ. Quòd uerò magis attractũ est in profunditate naturæ, separatur tardius. Et ideo quod grauius separatur de humido, semper illud educit de re scilicet de materia Mercuriali in natura sua alterata per rotã præsentem. Et quod eductum est in illo uel de illo humido, est siccum subtilissimum ligatũ cum humido, ita quod neutrum dimittit reliquũ in distillationibus successiuis. Et tunc totum illud dicitur uapor, in quẽ siccum sulphureum est cõuersum, quia tunc in illo uapore elemẽta sunt bene mixta. Cùm uerò taliter elementa sicca rotata sunt in humidum, per plures circulationes totius humidi, tũc primò separatis exinde elementis, post per

alias

alias circulationes quæ per modum fiunt reductionis elementa humida rotantur in ſiccum. Et quantò magis iſtæ duæ rotæ reiterantur, tantò magis depurat terra uel lapis à ſulphure immundo terreo ſibi extraneo, quod de macula originali prouenit. Et intellige bene quòd tinctura mẽſtrui ſeparatur à ſuo terreo groſſo feculento per diſtillationes lentas, & in aqua Mercurii deportatur. Caue ergo ne opus rubeſcat ante nigredinem, & tinctura concremetur, quæ in uentre Mercurii debet deportari & abſcondi. Quoniam Mercurius eſt terra ſua propria ſubtilis ualde, in qua ignis tam Solis quàm menſtrui retinetur. Recorderis ergo quando uidiſti ignem in Mercurio, & feces erant nigræ. Ex quo patet quod nunquam opus nigreſcit, donec à terra

trahitur tinctura per suaues distillationes,& in uentre Mercurii deportetur. Et iste ignis est illa proprietas Mercurii,quā debes totis tuis uiribus à cōbustione conseruare, scilicet tinctura uitrioli (alias sulphuris) cū qua debet Mercurius sublimari,quoniam est primus masculus eius. Et est additamentum tincturæ nostræ, quòd est additio magna in uirtute & potestate;quoniam coniuncta est cū tinctura Solis. Præterea si à uitriolo & sale scis extrahere ꝓprietatē Mercurii,& sibi amicare per cōiunctionem quæ fit per sublimationes lentas, nō ignorabis unū de secretis naturę maximū,& uerā perfectionē principalē.

De primordialibus coniunctionibus secretis trium generum,tam simpliciter quàm compositiuè, Solis, Lunæ & Mercurij.

Dissol-

DIssolue ergo primò Solem purissimum in aqua sua feruenti, postea separa flegma, & remanebit Sol inferius cum substantia salis aquæ. Postea dissolue Mercurium in aqua sua, & post congela: et iterum dissolue in aqua sua distillata, & separando iterum aquam per balneum congela. Et semper oleum extrahe per cineres, & pone ad partem in qualibet distillatione. Hanc autem dissolutionem & congelationem tribus aut quatuor uicibus reitera aut plus: & ultimo congela. Deinde infunde aquam suam primam super Solem congelatum, & mox dissoluetur in aquam rubeam uel citrinam. Congela ipsum in balneo Mariæ. Reitera hòc tribus uiribus sicut de Mercurio fecisti: tamen non extrahes aërem

gimē tertium ex utroq; mixtum, ſcilicet cum ignitione & ſine ignitione ſagaciter eſt inuentum. Idcirco ſumatur lapis, & terendo illum imbibe in ſuo uaſe, imbibitione per minima ſcilicet per uices, factas etiā ad modum roris cum una & dimidia parte ſui. Poſtea decoque cum igne leui, donec pars illa fuerit in lapidis ſubſtantiam cōgelata. Poſtmodum uigora ignem de carbonibus paulatim & paulatim, donec ſublimetur ex eo quicquid reſolutum fuerit, tam de aqua ſulphuris ſicca, quam argenti uiui humida.

De ſecunda roratione ad indulcorandum ſeu mollificandum.

TVnc iterum quod ſublimatum extiterit, reduc ſuper feces ſuas terendo & imbibendo cum dicto ſpiritu, qui magis in humiditate exuberanter

ranter abundat: & hoc iterata imbibitione rorida, decoctione, sublimatione & congelatione, & sublimatione cum ignibus suis succesiuis, & diligenter continuatis, donec per continuam sublimationum reiterationem spirituum non flammabilium super illas & continuum motum, totum figatur deorsum.

De ultimis digestionibus opteticis.

CVm autem fixum fuerit secundum proportionem ignis sibi appropriati cum moderatione, tunc sub eo ignem facias fortē, bene continuatum per diem naturalem. Secundo uerò die naturali, fortiorem: sed & tertio die naturali, fortisismū, prout est ignis fusionis uel quasi. Per primum uerò continuatur materia, & spiritus domatur, ac partes illius digerūtur, & ab humido primæ ori-

originis emendant. Nec minus quoque per siccum diffunditur, & eorũ malitia cõfringitur, ac crudum decoquitur, ut ignẽ fortiorẽ scilicet secundum ualeat tollerare, per quẽ aër manifestabitur actu in materia fluente. Sed per tertium recipit medicina potentiam ad actum quẽ agere debet. Nam oportet materiã metalli, à suo phlegmate fortiter depurare, & crudum coquere per ignẽ opteticum. Non quod intelligas secundum naturã animalium corporum seu plantarum, cùm sint humidioris naturæ, quàm materia metallorum: ut patet ex hoc quòd natura mineraliũ, quã plurimũ sicca reperitur, ratione cuius est de sui proprietate tollerare ignẽ. Propter quòd debes intelligere hòc fieri in arte, secundum rationẽ subiectorum, quẽadmodum natura

cura exterius manifeſtat digerat erₔ go medicina,ut humidũ terminetur in ea,& ſit fixũ,ut ſtet: ne ſeparetur à metallo dũ ingreſſum in eo fuerit cũ alteratione. Verũ oportet ſicut dictũ eſt, ut radicalis humor imbibatur à ſuiſmet partibus rei,ex q̃bus maiores uirtutes, ut puta confortatiuæ, tam elementales quam cœleſtes eſſentiaₔ liter & corporaliter,rerum conſtant. Cuius exempli gratia certificamus nos uidiſſe argentum uiuum fixum, ac fluens in ueram fuſionem metalₔ licam,& feciſſe cum magiſterio, ſine additione ulla rei extraneæ. Sic igiₔ tur talis decoctio optetica, optimam facit commixtionẽ in medicina noₔ ſtra,ſicut euidenter apparet in elixaₔ tionibus eius: Quia cùm aër profeₔ quatur aquam,tunc auis fuga detenₔ ta,immediate perit.

De ultimo confortamento post fixionem perfectam.

HOc autem confortamẽtum per modũ ultimæ incærationis supplemus medicinæ quandoq;,& quandoq; non. Cuius causa est, quia cum ignis opteticus sibi ad ultimum suæ fixionis præbeatur, aut est in gradu fixo,ut absolute posset ignem opteticum tollerare,aut non. Si est in gradu fixo cum tota sui humiditate, nec aliquid de illo posit amittere,quin insit ibi iuxta pondus datum: tunc nulla recta fusio anticipabitur per aliquod diminutum, nec per consequens est ultima incæratione incærãda. Si uerò ad conformitatem uel æqualitatẽ fixionis dictæ,iuxta mensuram ignis optetici, nondum adinuenire cõtigerit: aut hoc erit ratione malæ informationis ignis,quæ nimia

festi-

festinatione necesse est euenire, aut macritudine spiritus, in quo phlegma dominatur, superat uirtutes humidi radicalis, propter defectũ exuberationis. Per primam uerò natura eradicata suos spiritus resumere nequiuit in cõfortãdo seipsam; quia festinata motus proprios cõplere non potuit. Et ideo spiritus thesaurisantes de necessitate fugere decuit defectu retentiuæ alienis motibus occupatæ, uidelicet in conseruando illos quos assumserat contra ignem præliando, cũ de more naturæ fuerit cõseruare in specie indiuidua sua. Per secundã uerò, nec potuit natura superfluũ in sui alimentum cõuertere quòd nũquam fuit de natura sua. Et ideo cũ loco spiritus uelut uerus cibus, credat humidũ phlegmaticũ assumere, ratione minimi saporis illius

ſcilicet ſpiritus quem in ſe continet: nō tamen in radice naturę ſuæ ipſum poteſt amicabiliter colligere, quin ſuperfluū recedere habeat per ignem opteticum. Et quod eſt deterius, cum maiori parte ſubſtātiæ mediæ, cedit & deficit, niſi adhibeatur ignis admi-niſtratio talis, quæ augmentando ei ſecundum exigentiam ſui tollerabi-litatis, ex illo ſuperfluam humidita-tem tollat, cum conſeruatione illius in igne proprio. Cū uerò contigerit defici, poroſam reddet medicinā di-uerſiſsimæ fuſionis: cuius cauſa eſt defectus humiditatis naturalis, quam radicitus natura appetit colligare, ad ſua indiuidua protegēda cōtra ignis pugnam. Et ideo fuit inuentus ſuc-curſus ſupplendo & corrigendo er-rores prædictos per ultimum cōfor-tamentum: ut quod de non fixo re-

cedit

cedit igne optetico,per incærationē infra scriptam naturaliter restaure-tur,donec fluat uirtute nō fixi quod fixum est,& ingressum habeat in cō-plementum suæ naturæ.

De modo faciendi ultimam incerationem.

SVmatur ergo de lamina cristal-lina, quam in fundo uasis fixam reperies, quantùm uolueris; & illam in crucibulo tenui super leuē ignem incæratione ultima cum aēre suo al-bo prædicto, guttando super ipsam guttam post guttam cum sagaci-tate & prouidentia diligenter respi-ciendo, donec fundatur sicut cæra si-ne fumo. Tunc de illa aliquid su-me,& super laminam ignitam pone. Si uerò conspexeris eam uelocissimè resoluere quasi cæra,tunc satis est cę-rata in radice naturæ suæ. Si autem adhuc non uideris citissimè liquefa-

timum ſecretum in natura, & ſublimatur ut ſpiritus. Pondera uerò elementorum ſunt, quòd apponas duo pondera terræ, & tria aquæ, de aëre totidem, & unum pondus & dimidiũ de ſulphure rubeo. Primò enim ponas terram, quia participat cum fermento. Secũdò ponet aquã & ignem: ſed ignis per aquã figitur, ſicut aqua per terram.

De forma circulorum & totius ſecreti, per quod reuelatur totius operis intentio.

TOtum aũt ſecretũ & modus operandi, in rotatione elemẽtorum conſiſtit. Verũ niſi circulus naturæ, proprie prius perfectè cognoueris, illorum circulationis notitiã intelligere non poteris. Quoniã ignorãtia teget te tenebroſo uelamine formã rotandi ad inſtar naturæ, & circulan-

di modum. Vides ergo quòd natura nō attrahit nisi modicū, nec conuertit: & hòc secundum Mercurii quātitatē. Quòd uerò magis attractū est in profunditate naturæ, separatur tardius. Et ideo quod grauius separatur de humido, semper illud educit de re scilicet de materia Mercuriali in natura sua alterata per rotā præsentem. Et quod eductum est in illo uel de illo humido, est siccum subtilissimum ligatū cum humido, ita quod neutrum dimittit reliquū in distillationibus successiuis. Et tunc totum illud dicitur uapor, in quē siccum sulphureum est cōuersum, quia tunc in illo uapore elemēta sunt bene mixta. Cùm uerò taliter elementa sicca rotata sunt in humidum, per plures circulationes totius humidi, tūc primò separatis exinde elementis, post per

alias

alias circulationes quæ per modum fiunt reductionis elementa humida rotantur in ſiccum. Et quantò magis iſtæ duæ rotæ reiterantur, tantò magis depurať terra uel lapis à ſulphure immundo terreo ſibi extraneo, quod de macula originali prouenit. Et intellige bene quòd tinctura menſtrui ſeparatur à ſuo terreo groſſo feculento per diſtillationes lentas, & in aqua Mercurii deportatur. Caue ergo ne opus rubeſcat ante nigredinem, & tinctura concremetur, quæ in uentre Mercurii debet deportari & abſcondi. Quoniam Mercurius eſt terra ſua propria ſubtilis ualde, in qua ignis tam Solis quàm menſtrui retinetur. Recorderis ergo quando uidiſti ignem in Mercurio, & feces erant nigræ. Ex quo patet quod nunquam opus nigreſcit, donec à terra

extrahitur tinctura per suaues distillationes, & in uentre Mercurii deportetur. Et iste ignis est illa proprietas Mercurii, quã debes totis tuis uiribus à cõbustione conseruare, scilicet tinctura uitrioli (alias sulphuris) cũ qua debet Mercurius sublimari, quoniam est primus masculus eius. Et est additamentum tincturæ nostræ, quòd est additio magna in uirtute & potestate: quoniam coniuncta est cũ tinctura Solis. Præterea si à uitriolo & sale scis extrahere ꝓprietatẽ Mercurii, & sibi amicare per cõiunctionem quæ fit per sublimationes lentas, nõ ignorabis unũ de secretis naturę maximũ, & uerã perfectionẽ principalẽ.

De primordialibus coniunctionibus secretis trium generum, tam simpliciter quàm compositiuè, Solis, Lunæ & Mercurij.

Dissol-

DIssolue ergo primò Solem purisſimum in aqua ſua feruenti, poſtea ſepara flegma, & remanebit Sol inferius cum ſubſtantia ſalis, aquæ. Poſtea diſſolue Mercurium in aqua ſua, & poſt congela; et iterum diſſolue in aqua ſua diſtillata, & ſeparando iterum aquam per balneum congela. Et ſemper oleum extrahe per cineres, & pone ad partem in qualibet diſtillatione. Hanc autem diſſolutionem & congelationem tribus aut quatuor uicibus reitera aut plus; & ultimo congela. Deinde infunde aquam ſuam primam ſuper Solem congelatum, & mox diſſoluetur in aquam rubeam uel citrinam. Congela ipſum in balneo Mariæ. Reitera hòc tribus uiribus ſicut de Mercurio feciſti; tamen non extrahes aërem

ex

ex illo, quia nondum tempus est; & ultimo soluatur. Hanc uerò dissolutionem totam infunde super Mercurium calcinatum & siccum, & dissoluetur totum in aquam turbidam, nigram, colore subrubeam. Distilla & redistilla ut totum elementetur. Et post istum passum recorderis de signo terræ putrefactæ & combustæ, quod uidisti super uitrum per ignem cādelæ exspiratis suis spiritibus, quod est signum putrefactionus. Putrefac totum in simul, sine distillatione per tempus suum. Deinde separa elemēta, & prosequere magisterium. Tu nō obliuiscaris ponere etiam aquam Mercurii cum fueris in elementatione ut totum animetur & elementetur.

De secunda coniunctione eiusdem cum Mercurio & Luna.

Suma-

SVmatur Luna & Mercurius, & quilibet eorum in aqua ſua diſſol-uatur ad partem. Poſt coniunge aquas, & diſtilla aquam, & inuenies argentum ad modum ſalis pretio-ſiſsimi. Accipe illud ſal & liquefac in igne trium candelarum. Deinde in-funde aquam deſuper, & diſſoluetur in aquam albam. Illam aquam in-funde ſuper Solem congelatum poſt eius primam diſtillationem. Et po-ſtea procede ut ſupra.

Alia coniunctio per aliam præparationem Mercu-rij. Et nota quòd in hac præparatione includi-tur ſublimatio Mercurij uſq; ad reuiuifi-cationem qua indiges in omnibus principijs & fermentatio-ne: ut ſupra di-ctum eſt.

ACcipe Mercurium & ſublima cum uitriolo & ſale aſſato: poſt

proiice eũ in aqua uegetabili in ymi-
ne, & posito coopertorio decoque
per diem naturalẽ: post super pone
alembicum & distilla aquam totam.
Deinde uigora ignem, & sublimabi-
tur uiuus. Illud uiuum sume & ablue
cum aceto distillato, sed magis ua-
let cum aqua uegetabili simili pri-
mæ, et non misceas aliud cum illa
ablutione. Post terge cum panno li-
neo mũdo. Insuper festina ad aliam
præparationem, uidelicet quod in
aqua sua dissoluas ipsum: post distil-
la et redistilla per uiam elementa-
tionis. Post putrefac per mensem
philosophorum. Deinde separa ele-
menta et de aqua et de terra, et sume
substantiam mediam per sublima-
tionem: et de illa fac cõiunctionem
cum corporibus, sicut uolueris, præ-
paratis. Nam multæ sunt uiæ con-
iun-

iunctionum et separationũ ad unum finem et ad unum effectum, quas uidere poteris per totam latitudinem magisterii. Et secundum istas quas tibi dedimus, multas alias ad libitũ facere potes, dum tamen intelligas magisterium.

Explicit Codicillus M. Raymundi Lulli Maioricani.

